INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

# ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES
# LXVI

## DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO AD POLONIAM SPECTANTIA
## XXXIII PARS

**Ostpr. Fol., vol. 43, 45, 54, 83, HBA, B, K. 1175, 1176, a. 1553-1554.**

ediderunt

CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH

NON EXSTINGUETUR

ROMAE 1987

# INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
# VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA

(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani.* Vaticani, 1943.

XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur.* Vaticani, 1944.

XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt.* Romae, 1947.

XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani.* (Ed. chirotypica, exhausta).

---

ANTEMURALE, I-XXVIII, Romae, 1954-1985

---

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae.* Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).

II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 facs 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).

III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. 1961.

IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum.* Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., glossarium verb. ang. ant., 1961.

V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana.* Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483, doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.

VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum.* Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc., (A.D. 1603-1629), 8 tab., glossarium verb., ang. ant., 1962.

VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars., Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., 1962.

VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., 1963.

IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., 1964.

X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., 1964.

XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214, doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., 1964.

XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., 1964.

XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars., Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., 1965.

XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., 1965.

XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1587), 5 tab., 1966.

XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1590), 5 tab., 1966.

XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab., 1967.

XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab., 1968.

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

# ELEMENTA
# AD FONTIUM EDITIONES
# LXVI

## DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
## AD POLONIAM SPECTANTIA
## XXXIII PARS

**Ostpr. Fol., vol. 43, 45, 54, 83, HBA, B, K. 1175, 1176, a. 1553-1554.**

ediderunt

CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH

NON EXSTINGUETUR

ROMAE 1987

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKOROŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

# INDEX RERUM


| | | |
|---|---|---|
| Introductio | Pag. | VII |
| Abbreviationes | » | VIII |
| Textus | » | 3 |
| Elenchus epistularum | » | 231 |
| Index personarum et locorum | » | 239 |

# *INTRODUCTIO*

*Hoc LXVI volumine* Elementorum ad Fontium Editiones, *id est XXXIII seriei nostrae «Regiomontanae», quod est directa continuatio voluminum iam pridem editorum, publici iuris fiunt 334 documenta, maximam partem epistulae, ab Alberto in Prussia duce annis 1553-1554 ad Sigismundum Augustum regem Poloniae (63 epistulae), utramque reginam, seniorem et iuniorem, Bonam et Catharinam, ad proceres Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, Ioannem Ocieski, R.P. cancellarium, Ioannem Przerembski, R.P. vicecancellarium, Nicolaum Radziwiłł «Nigrum», palatinum Vilnensem et M.D.L. cancellarium, et alias, omnis fere status et conditionis personas, datae. Inter quas non postremum hic quoque obtinet locum Gabriel Tarło, ducis familiarissimus, magister curiae reginae Catharinae, ad quem 39 epistulae illis duobus annis datae (vel conservatae) sunt, quarum nonnullae manu propria ducis Alberti exaratae (cfr. Introductionem voluminis LXII).*

*Argumenta, quae in scriptis hoc volumine editis tractantur, maximam partem eadem fere sunt ac illa, quae iam in voluminibus proxime praecedentibus abunde agitata sunt, utpote controversiae de finibus inter Prussiae Ducatum ex una et Masoviam vel Samogitiam ex altera partibus; quaestiones iuridicae; querelae de veteribus et consuetis ex Samogitia et Lithuania itineribus a rege clausis; continua et vigilans cura de defendendis iuribus, libertatibus et privilegiis principis feudatarii coram domino feudi, rege Poloniae, quae dux Albertus saepe periclitari vel violari timet; in aliquot epistulis, etiam ad exteros principes datis, annuntiantur dona falconum, canum, perdicum, equorum et alia, nec desunt solitae commendationes et intercessiones pro variis personis ad regem et proceres factae etc. Sic ex.gr. peculiari curae duci Alberto esse videtur socrus sua, Elisabeth comitissa Hennebergensis, quae se ab Henrico duce Brunsvicensi oppressam esse asserit, cuius causam pluribus scriptis regi et reginae commendat vel ab aliis commendari petit. Agitur etiam de negotiis matrimonialibus sororum regis et de matrimonio ipsius regis, cum Catharina Austriaca, vidua ducis Mantuae, aestate anni 1553 inito. Sunt etiam aliquot scripta de negotio religionis, ex.gr. duae epistulae ad Ioannem Łaski datae. Nec cessant timores ducis de conatibus Ordinis Theutonicorum et aliorum principum Germaniae ei minus amicorum. Apparent iam prima signa turbarum in Livonia.*

C.L.

## ABBREVIATIONES

| | |
|---|---|
| El. | Elementa ad Fontium Editiones |
| H B A | Herzogliches Briefarchiv |
| Heiml. Reg. | Heimliche Registranden |
| K. | Kasten |
| M.D.L. | Magnus Ducatus Lithuaniae |
| Ostpr. Fol. | Ostpreussische Folianten |
| R.P. | Regnum Poloniae |

# TEXTUS

# 1553

*N. 3863.*

*E Regio Monte, 6.I.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka, palatino Vilnensi [Nicolao Radziwiłł «Nigro»]*
*Eustachium* (Stacheum *Vogelweider, servitorem suum, cuius debitor Franciscus Richter, civis Vilnensis, recens mortuus est, commendat et rogat, ut ope et auxilio eius accedente debiti sui compensationem consequatur (ut* «ad relicta olim Francisci Richters bona iure occupanda sive detinenda et arrestanda admittatur, ut hoc modo pro debito suo satisfactionem nanciscatur»).

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 470-471.*

*N. 3864.*

*E Regio Monte, 6.I.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*
*pro perdicibus sibi missis gratias agit, vicissim pisces mittere promittit* («ubi felicior aliquando fuerit piscium in Ducatu nostro captus»).

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1378.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 471-472.*

*N. 3865.*

*E Regio Monte, 7.I.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł «Nigro»] et, mutatis mutandis, palatino Trocensi [Nicolao Radziwiłł «Rufo»]*
*pro Caspare Schembel, qui post breve intervallum, aegritudine provocatum, in servitium regis redire desiderat, intercedit, ut auctoritate sua efficiat, quo* «aut ad prius officium redire aut, si id fieri non poterit, alio illi succurratur»).

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 472-473.*

*N. 3866.*

*E Regio Monte, 14.I.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*pro heredibus Alberti Russau.*

*Cfr. El. XXXI, N. 582.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 473-475.*

Reginae Poloniae, XIIII Ianuarii.
Pro heredibus Alberti Russau.

Serenissima Regina ac Domina Clementissima.

[*f. 474*] Iterum mihi supplices facti sunt heredes Alberti Russau, quorum caussa non ita pridem ad S. Vestram Reginalem Maiestatem literas dedi, ac significarunt se nullo certo responso adhuc potitos esse ad eam intercessionem, quam pro illis mea fide praestiti. Illud enim S. Vestrae Reginalis Maiestatis nomine eis tantum significatum esse, non posse ad meas literas responderi, antequam exploratum habeat, quantum lignorum et cinerum in nemoribus S. Vestrae Reginalis Maiestatis confectum sit, ideoque iussisse, ut ad praestitutum diem certum responsum a S. Vestra Reginali Maiestate expectent. Quare etiam atque etiam me obsecrarunt, ut denuo pro ipsis ad S. Vestram Reginalem Maiestatem scriberem.

Etsi autem non dubito S. Vestram Reginalem Maiestatem, re explorata, illis mea causa id, quod antea petitum est, non gravatim concessuram, praesertim cum citra omne periculum et detrimentum id fieri possit, meaque fide illi cautum sit, tamen pro mea benignitate erga subditos meos, praesertim pupillos, etiam has literas quodammodo superfluas eis tribuere volui. Ac enixe rogo S. Vestram Reginalem Maiestatem, ut intercessione, precibus et fide mea heredibus Alberti Russau id clementer concedat, quod prioribus literis petitum est. Certo enim certius spondere possum nihil inde periculi nihilque damni S. Vestram Reginalem Maiestatem percepturam, sed solutionem integram ad mercatum Gedanensem proximum absque ulla mora habituram.

Est his ipsis heredibus etiam obligatus ad certam [*f. 475*] pecuniarum summam Iudaeus quidam in districtu Grodnensi. A quo cum solutionem hactenus consequi non potuerint, valde orant, ut S. Reginalis Vestra Maiestas illis mandatum ad praefectum Granensem dari iubere velit, ut ipsius autoritate Iudaeus ad debiti solutionem adigatur. Quod cum per se iustum sit, confido S. Vestram Reginalem Maiestatem ultro facturam, nec heredibus illis sua clementissima affectione defuturam. Quod non secus ac mihi ipsi factum reputabo et gratissimo animo erga S. Vestram Reginalem Maiestatem omni studio et officio pro virili demereri conabor, eamque recte ac feliciter diu valere opto. Datae Regio Monte ut supra.

D. Jonas

*N. 3867.*

*E Regio Monte, 14.I.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Nicolao Maciejowski*
*se commissarios suos ad componendam de finibus controversiam, inter*

*Annam Golińska et eum intercedentem, ad diem 23.II. deputasse nuntiat et rogat, ut et ipse suos commissarios eodem tempore in eundem locum mittere velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 475-476.*

*N. 3868.*

*E Regio Monte, 20.I.1553.*

*Anna Sophia, filia ducis Alberti,*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro promissione regia, in causa Gertrudis Hermensdorff viduae sibi facta, gratias agit et iterum eandem viduam commendat* (ut «misera illa sentiat meas preces sibi plurimum profuisse»).

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 476-477.*

*N. 3869.*

*E Regio Monte, 20.I.1553.*

*Anna Maria uxor et Anna Sophia filia ducis Alberti*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*pro Gertrude Hermensdorff vidua.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 478-479.*

*N. 3870.*

*E Regio Monte, 6.II.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,*
*accuratius enarrat causam de occisione cuiusdam Lucae Trutowski, qui in nundinis oppidi Szweksznie in Samogitia interfectus est.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 479-488.*

Hieronymo Cothkowitz, Capitaneo Samogithiae generali, VI Februarii. Scribit, quomodo processum sit in causa occisi Lucae Trutowski.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Perscripta nobis est aliquoties a capitaneo nostro Mimelensi series patrati homicidii, quo quidam Lucas Trutowski [*f. 480*] in nundinis oppidi Schweicksno vita exemptus dicitur. Additae sunt et ab ipso causae et circumstantiae omnes eam ad rem pertinentes. Inter cetera autem illud animadvertimus, subditum quendam nostrum Casparum Bartolaitis, Magnificentia Vestra et factore in Garsden per literas ita cupientibus, eius homicidii occasione in vincula coniectum atque gravi custodia hactenus per totum semestre detentum esse. Ipse autem capitaneus noster Mimelensis

interea quoque temporis aliquot literarum Magnificentiae Vestrae exempla nobis transmisit, quibus Magnificentia Vestra factori suo in Garsden (siquidem per illum stetit, cur tardius de hoc negotio agi coeptum sit) serio mandavit, ut indicto tempore, citra moram et reiectis omnibus dilatoriis subterfugiis, se Mimelam conferret atque ibi cum capitaneo nostro per legitimam iuris cognitionem super negotio memorato contra eum, penes quem culpa esset maxima, experiretur. Nos, cum ex literis illis Magnificentiae Vestrae aliud nihil animadvertissemus, quam aequissimum et iustitiae conformem Magnificentiae Vestrae animi affectum, quod totum hoc negotium iuris decisioni subiecerit, eo proniore animo ad determinationem eius causae ducti, decrevimus aliquem consiliariorum nostrorum, videlicet spectabilem et eruditum Ioannem Lohmuller, iuris licentiatum, ad praefinitum diem in rem praesentem mittendum esse, ut is loco [*f. 481*] capitanei nostri Mimelensis, adversa tum valetudine laborantis, in hoc totus daret operam, ut caussa illa legitimo iuris ordine et dictamine tractanda et terminanda susciperetur.

Cognovimus autem ex relatione dicti consiliarii nostri ad nos reversi, pariterque ex actis in eo negotio ultro citroque agitatis, in causa fuisse eundem Magnificentiae Vestrae factorem in Garsden, quod et ne nunc quidem controversia et lis illa debitum finem sortita sit. Quae omnia, utut gesta sunt, brevibus Magnificentiae Vestrae perscribenda esse ducebamus.

Quandoquidem subditus noster incarceratus in ipso actu delicti non deprehensus, nec per fugam suspicionem culpae dedit, aut significatione aliqua causam hanc suam agnovit, iure quidem non repugnante, tam diu carceris custodiam sustinuit, donec de culpa patrati homicidii convinceretur. Ne autem et hic illi via defensionis beneficio iuris concessa praecluderetur, precibus quendam per Dei misericordiam et ipsam sacrosanctam iustitiam permovit, ut is suo nomine accusationem coram iudicio contra [*f. 482*] se factam audiret, auditam in carceres ad se referret ac rursus suam in hoc exceptionem coram iudicibus proponeret, siquidem is in criminalibus causis passim, ubi ordinaria exercentur iudicia, processus observatur, ut nemo praeterquam de crimine insimulato convictus, sive confessus vel in actu delicti comprehensus, iudicio publico, idque per campanae pulsum et publicum lictoris proclama, ad audiendam sententiam sistatur. Hunc aequissimum et iure fundatum ordinem praefectus in Garsden admittere nolens, simpliciter institit, ut ipse captivatus coram iudicio (licet hoc substantiam ipsam causae neque iuvat, neque deteriorem reddit) produceretur, sin minus, surrecturum se atque eo, unde venisset, rediturum esse.

Quamvis autem iure et aequitate permittente persistere in hoc ordine iuris legitimo licuisset, aut saltem accusato integrum relinquendum fuisset gaudere eo beneficio, quo iura eiusmodi personis satisdationibus ab actore praestandis subveniunt, tamen id benevolentiae a nostris datum est, quod his neglectis captivatum per custodes castri iudicio sisti iusserant. Quo facto, praefectus in Garsden contenderat sibi et illos adduci, qui una cum captivato ei homicidio interfuissent. Ac cum tales ab actore nominati nunquam essent, responsum fuerat praefecto: Quandoquidem captivatus iste pro reo principali in carceres coniici postulatus, necdum autem convictus esset, inquisitionem aliquam complicum praepostero ordine suscipere iuri conforme non videri. [*f. 483*] Quibus praefectus acquiescens, cum fratre interempti libellum accusatorium obtulerat. Postero die, cum solito more et consuetudine usurpata iudicium agitari coeptum fuisset, et pars accusata exceptiones suas producere intendisset, ipse praefectus in Garsden forum urbanum, eo quod actores essent nobiles, declinare volens, postula-

verat sibi iudicium castrense a capitaneo constitui. Cuius postulationem nostri ex eo impugnaverant, quod haec esset in nostro Ducatu recepta consuetudo in causis criminalibus, qualem observari in eo videret iudicio, quo vix tandem satis sibi fieri praefectus iste passus fuerat.

Negotio autem hoc iudicialiter eo usque perducto, ut praefectus et frater interempti probationes eorum, quae in libello continerentur, afferrent, ipsi autem quattuor testes in hoc producturos recepissent. Petierat pars accusata, ut actor articulos examinandorum testium, secundum iuris formam, iudicio exhiberet. Itidem se quoque facturum, et quae interrogatoria sibi necessaria viderentur, producturum promiserat, verum praefectus, omnino ad ea consentire recusans, simpliciter perstiterat in libello oblato. [*f. 484*] Cum autem non alienum sit a iure, ut articuli ad examinandos etiam ex libello peti possint, non repugnaverant nostri acrius, sed tam fundamenta articulorum actoris ex libello, quam accusati interrogatoria coram exposita collegerant. Atque in hoc, praesente utraque parte, testes iuramento obstrictos, deinde singulos, partibus absentibus, debito modo et ordine iuris ad examen vocatos fuisse.

Interea autem temporis praefectus, hanc aequissimam et iustam testium examinationem moleste ferens, dicitur multa perperam et inconcinne per duos ministros suos iudicibus indicasse, inter cetera eo annexo, non tantum displicere sibi hoc testium examen (quod suo arbitratu in semihorula absolvi potuisse existimaverat) contra ius ita protrahi, verum nolle se etiam amplius interesse ei iudicio. Itaque si quid haberent, quod scire illum referret, sibi illud in hospitium suum mitterent. At cum expositum illi fuisset omnia ista aequissimo iure fieri, redierat in iudicium.

Postquam autem sub idem tempus dicta testium publicanda fuerant, admonuerat illum iudex (graviter licet id parte adversa ferente), an quos praeterea haberet testes, quos examinari vellet, ut eos ante publicationem iam dictam nominaret. Ad quae praefectus duos se adhuc testes exhibiturum responderat. [*f. 485*] Sequenti die, cum et hi duo testes producti iuramentum praestitissent, praefectus nolens illos singulatim et seorsum, ut priores, examinari, depositiones eorum palam et in sui praesentia fieri postulaverat. Addiderat et illud, se aegre ferre, quod testes priores in consessu omnium iudicum, et non a duobus ad hoc delectis saltem, una cum notario interrogati essent, vidisse enim se eam consuetudinem Wilnae et alibi etiam observatam. Verum cum sufficientibus argumentis contrarium nostri docuissent, factum, ut et hi duo testes postremi eo modo, quo priores, examinati fuerint. Intelleximus autem causam hanc tum temporis eo deductam stetisse cardine, quod statim post publicationem testimoniorum, propositisque ab accusata parte exceptionibus (quas ipsa in continenti viva voce publicationi subiungere constituerat), eo die ad sententiam definitivam processum fuisset. Tandem examinatis testibus illis duobus, praefectus ad petitionem iudicum rursus in iudicio comparuerat, ubi sane parum apte aut composite iterum examen hoc testium, legitimo iuris ordine habitum, pro iniquo et fraudulenter quaesito culpaverat.

[*f. 486*] Accedit et illud, quod manifeste apparuerat ex verbis praefecti, miseros illos homines, qui testimonium perhibuerant, quibusque iuris et iuramenti praestiti vigore demandatum erat, ne ante finem causae, cui eorum quid panderent, de quibus interrogati essent, contra fidem datam seorsum etiam ab ipso interrogatos fuisse, ut dicta illorum contemptim iudicibus obiiceret non sine enormi omnium iurium et celeberrimarum in eiusmodi casibus consuetudinum laesione, ipsorum etiam iudicum et eorum, quos nostro nomine ei negotio interesse voluimus, contumelia haud

vulgari. Relatum nobis quoque est, ad extremum praefectum illum publica ibi voce professum fuisse, quod nollet amplius in eo iudicio experiri, sed haec, quae gesta essent, relaturum ad Magnificentiam Vestram atque in hoc voluntati se eiusdem accommodaturum. Licet alia et meliore ratione, aeque ac pars quoque adversa, uti potuisset, ut si per sententiam iudicum gravatum se forte existimasset, liberum illi fuisset ad nos provocare.

Quandoquidem autem contumaciter et pertinaci animo his ita actis, relicto iudicio discesserat, aequissimo sane iure pars accusata in eam contumaciam dicta testium publicari, exceptiones suas audiri et ad sententiam definitivam procedi cupiisset, prout partim petiit. Cuius petitioni etsi iuris ordinatione honeste abnuendum non fuisset, datum tamen et illud honori, amicitiae et vicinitati mutuae, quae nobis cum Magnificentia Vestra intercedit, ut non sine maximo [*f. 487*] gravamine accusatae partis precibus istis mora interiecta sit. Iam vero, utrum ista praefecti contumax pertinancia iuri et seriis Magnificentiae Vestrae mandatis conformis, aut an ista contumelia legitimis iudiciis nostris, quae a Sacra Regia Maiestate solemniter confirmata, et nos hactenus clementer in iis sine cuiusquam calumnia conservati sumus, inferenda sit, vel quo animo Magnificentia Vestra, seu quivis alius superior dominus, talia sibi fieri laturus esset, id Magnificentiae Vestrae prudentiae iudicandum relinquimus.

Praeterimus illud, quod ante quadriennium quidam quoque subditorum nostrorum in via publica sine aliqua iusta causa occisus est. Cuius homicidii nomine quam crebro de administranda iustitia capitaneus noster Mimelensis egerit, ac quid obtinuerit, obscurum non est. Ad haec manifestum est, ipsi etiam fide dignas probationes habemus, gravissimas occasiones miseris subditis nostris ad eiusmodi fortuitam internecionem fieri, quod in via regia proficiscentibus pro lubito currus, equi et reliqua, quae penes se habebant (licet nullas vehebant merces) per vim ablata sunt. Quam ob rem Magnificentia Vestra, prudenter sane ac iustitiae amore ducta, [*f. 488*] praefecto in Garsden serio iniunxerit, cum capitaneo nostro Mimelensi id daret operam, ut seposito omni in eiusmodi casibus humano affectu, secundum iuris ordinem in eos, qui insigniori culpa notarentur, animadverteretur.

Intelleximus autem et inter cetera Magnificentiam Vestram, ad instantiam capitanei nostri Mimelensis, respondisse causam de occiso subdito nostro, nisi praesente Magnificentia Vestra, recte cognosci non posse. Altera autem proxime agitata causa cum non sit inferior illa, circumstantiasque secum trahat gravissimas, operae pretium arbitraremur, ut utraque causa ad Magnificentiae Vestrae et capitanei nostri Mimelensis personalem cognitionem et determinationem reiiceretur. Quod si hoc quoque Magnificentiae Vestrae (uti non dubitamus) ita placuerit, petimus amice diem ei rei capessendae ab ea dici, ut ita utraque causa simul et semel decisa, tandem inter utriusque partis subditos et ceterae innumerabiles querelae eo rectius componantur. Atque haec Magnificentiam Vestram, cui pro veteri amicitiae affectu optime volumus, minime celandam esse duximus, petimusque amice, ut ad haec nobis propediem respondeat. Optamus tandem Magnificentiam Vestram feliciter valere. Datae Regio Monte.

A.M.

*N. 3871.*

*S.l., 6.II.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pretwicz, capitaneo Trembovlensi,*
*oblata tabellarii occasione eum salutat et fausta exoptat; rogat, ut de statu valetudinis et rerum suarum scribat; indicat tempus, quo boves* sibi mittendi sint («zwischen Pfingsten und Ostern», *sic!): nova, praesertim de Turcis, sibi scribi petit.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 168-168v.*

*N. 3872.*

*E Regio Monte, 7.II.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*capitaneo Samogitiae generali [Hieronymo Chodkiewicz]*
*pro heredibus Iacobi Groloch, civis olim Regiomontani, intercedit et rogat, ut auctoritatem suam pro eo interponat,* «ut tandem ex relictis bonis et possessionibus nobilis olim Nicolai Schukowitz sufficientem et iuri consentaneam compensationem sui debiti damnorumque... consequantur».

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 490.*

*N. 3873.*

*E Regio Monte, 9.II.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*
*pro perdicibus sibi dono missis gratias agit; de reginae Bonae et filiarum incolumitate gaudet.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1378.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 488-489.*

*N. 3874.*

*E Regio Monte, 11.II.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*litteras Caii de Wiraille, regis Galliae oratoris impediti, transmittit.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 491.*

Regi Poloniae, XI Februarii.
Mittit literas Caii de Viral.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Dedit ad me literas non ita pridem Serenissimi Franciae Regis[1] servitor Caius de Wiral. In quibus inter cetera annectit, habere se mandatum a Serenissimo Rege suo apud S. Regiam Vestram Maiestatem expediendum. Verum cum propter adversam valetudinem ac praeterea intervenientia quaedam impedimenta eo, quo debebat, pertingere non potuerit, petiit a me, ut has adiunctas S. Regiae Vestrae Maiestati literas mittere ne gravarer. Quas per proprium hunc tabellionem meum S. Regiae Vestrae Maiestati confestim mittendas esse duxi, ne si quid in iis esset, quod oportune scire S. Regiam Vestram Maiestatem referret, mora in me esset aliqua. Quod superest, me favori et gratiae S. Regiae Vestrae Maiestatis etiam atque etiam commendo. Quam feliciter valere exopto.

A.M.

1) *Henricus II.*

*N. 3875.*

*S.l., 14.II.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*sententiam suam profert de negotio, inter magnum ducem Moscoviae et Sanctam Sedem intercedente, et quomodo rex in hoc negotio se gerere debeat.*

*Cfr. El. XXXI, N. 581.*

*Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 10-16.*

Regi Poloniae, 14 Februarii anno 53.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Quid a me S. Regia Vestra Maiestas in negotio Ducis Moschorum[1], quod cum Sede Apostolica habet, postulet, et quibus fundamentis nitantur omnia, probe ex literis S. Regiae Vestrae [*f. 11*] Maiestatis et exemplis additis intellexi. Ac primum quidem, quod rem ipsam attinet, idem sentio, quod S. Regia Vestra Maiestas, illam officere per se nihil posse. Illud vero me non minus ac S. Regiam Vestram Maiestatem movet, quod de exemplo domestico scribit. Memini enim me talia non semel divo Maiestatis Vestrae parenti[2], ipsi etiam Maiestati Vestrae, et perscripsisse et coram de his fideliter monuisse, ut qui non levibus argumentis ductus ab eo homine, qui ista nunc contra S. Regiam Vestram Maiestatem promovet, talia dudum tentata intellexi et inde animum illius in Regnum Poloniae cognoscendum esse iudicavi. Suspectum habui semper, fore aliquando metuens, ut aliquid monstri in S. Regiam Vestram Maiestatem aleret. Quod si ut eo facilius sententia[e] S. Regiae Vestrae Maiestatis de his non negligendis subscribam. Quo autem pacto eiusmodi conatibus dextre occurri possit, id sane pro imbecilli meo ingenii captu non satis assequor. Ut autem qualecunque consilium hac in re meum S. Regiae Vestrae Maiestati communicem, illud ante omnia mihi arripiendum videtur, quod Summus Pontifex[3], antequam aliquid constituat, prius cum S. Regia Vestra Maiestate ea de re agere

decreverit. In hoc plurimum toti negotio conducere existimarem, si S. Regia Vestra Maiestas nuntium suum ad eius Sanctitatem[a] mitteret, instructione illi in hanc sententiam data, quod diceret S. Regiam Vestram Maiestatem de recipiendo Duce Moschorum in gremium Ecclesiae Romanae cognovisse. Quae [*f. 12*] res perquam gravis Maiestati Vestrae accideret, ut is, qui ex professo esset Maiestatis Vestrae hostis, adeoque totius Christianitatis a Sede Apostolica communis inimicus declaratus, quique non tantum maioribus suis, Poloniae Regibus, verum etiam ipsi Maiestati Vestrae in administratione Regni sui constitutae per vim aliquot castra et terras eripuisset, nunc in maximum Maiestatis Vestrae, Regni et provinciarum suarum detrimentum per sacrosanctum illud unanimis Ecclesiae foedus simpliciter ita recipiendus esset, cum aliud nihil captaret, quam ut per hanc viam plus obesse et erepta sub specie honesta proprietati suae adiicere possit. Quod inclito tamen Poloniae Regno, ut difficulter ferendum esset, ita iuri suo antiquo plurimum derogaret.

Quandoquidem autem S. Regia Vestra Maiestas sciret Sanctitatem Suam in inclitum Poloniae Regnum propendere, clementissimo animi candore, ut ampliora et benigniora sibi de Sanctitate illius polliceretur, minime S. Regiam Vestram Maiestatem dubitare, quin Sanctitats eius his ad animum reductis Ducis Moschorum petitioni non ita facile locum datura sit. Sin vero ad augendum christianorum coetum (quod ne ipsa quidem S. Regia Vestra Maiestas improbaret) ipsum gremio Ecclesiae adiungendum censeret [*f. 13*], ante omnia Serenitas eius daret operam, ut, priusquam pontificia authoritate titulus regius dicto Duci decerneretur, id inter ceteras conditiones annecteret, ut ipse Moschorum Dux provincias et castra vi erepta Maiestati Vestrae Regiae restituat, perpetuamque pacem inter se, Regnum Poloniae et terras illi incorporatas stabiliat, ne quid porro hostile Maiestati Vestrae ex ea parte timendum esset. In eam quoque sententiam non incommode apud S. Imperatoriam Maiestatem[4] mutatis mutandis per legatum S. Regia Vestra Maiestas ageret, magnitudine gravaminis sui exagerata peteret, ne ad talia consentire eius Imperatoria Maiestas velit, sed si recipiendus Dux esset, ea prius Maiestati Vestrae praestarentur, quae superius a Pontifice curari petit, quemadmodum illa dexterius et ornatius S. Regia Vestra Maiestas legato suo peroranda illustrare et amplificare posset.

Interea autem temporis, dum Romam legatum mitteret, ut nunc sunt homines, expedire quoque toti negotio arbitrarer, si S. Regia Vestra Maiestas aliquos subditorum suorum, sive de Lithuania, sive de Polonia, in Moschoviam, quasi inscia id S. Regia Vestra Maiestate fieret, subornaret, qui in deformanda Sede Apostolica istic laborarent plurimum ac pontificiam authoritatem, quocumque possent[b] colore, odiosam redderent, arrepta (si alia non suppeterent commodiora) occasione ex eo, quod audirent Pontificem sub specie Ducem Moschorum in Ecclesiae suae [*f. 14*] gremium forsan recepturum, sed captare aliud nihil, quam perpetuam servitutem tam opulenti Ducis populique totius in eo, dum detestandam illam iuris iurandi oboedientiam munere insuper a coronatione singulis quinquenniis ornandam expeteret. Odiosius autem fore omnium, quod electio primatis, quae tot iam saeculis fuisset libera, nunc in mera et sola Pontificis authoritate coarctanda, aut ex solius Sedis Apostolicae arbitrio petenda esset. Nam ubi Dux et populus eo perductus esset, sequuturas exactiones, tributa et alia, quae si ad votum pontificium negligerentur, Ducem populumque omnem onere banni excommunicandos iri, et posteriora deteriora fore prioribus. Quibus addi possent odiosiora pro temporis

et personarum ratione. Atque ita ipse fortassis Dux deterritus rei iniquitate ne optaret quidem eam receptionem, aut certo illi, qui hanc rem promovent, eo difficilius eam conficerent; salvo tamen in his omnibus S. Regiae Vestrae Maiestatis iudicio et prudentiore et expeditiore.

Ea vero, quae S. Regia Vestra Maiestas per me cum Serenissimo Daniae Rege[5], Magistro item Livoniae[6] [*f. 15*] agi cupit, in eo quidem laborem non subterfugerem, verum non video, qua ratione commode aggredi hoc possim. Praeterquam enim, quod ex re parum illud fore iudico, me id quoque movet, quod illi, qui ab Imperatoria Maiestate vel a Summo Pontifice insignia regalia in Moschoviam ferent, procul dubio si non vivos salvi conductus homines ab Imperatore et Pontifice adiunctos habuerint, per literas tamen solemnes sibi ea ex parte provisuros. Iam vero facile per se intelligit S. Regia Vestra Maiestas neutiquam Regem Daniae, nedum Magistrum Livoniae opposituros se mandatis eiusmodi pontificiis aut imperatoriis. Accedit et illud, ut si maxime unus atque alter ex iis internuntiis e medio tolleretur, statim mitti alterum, et non nisi totam ex eo rem deteriorem redditam[z] iri. Sin vero insuper de his apud Daniae Regem aut Livonienses agi volet, commodius id per neminem quam ipsam S. Regiam Vestram Maiestatem confici posse iudicarem, sed sub alia et ficta specie, vero negotio tecto. Quasi cognovisset S. Regia Vestra Maiestas esse quosdam in Germania, qui ibi callide quaesitis consiliis quaevis hostilia in maximum S. Regiae Vestrae Maiestatis, Regni sui et finitimarum provinciarum detrimentum tentarent. Hos iter propediem in Moschoviam facturos.

Quibus eventibus peteret S. Regia Vestra Maiestas, Serenissimus Daniae Rex, Magister item in Livonia, ne ita facile transitum permitterent, daturam S. Regiam Vestram Maiestatem operam, [*f. 16*] ut pacem, vigilantiam et gratificandi studium pro mutuo vicinitatis vinculo ab ea vicissim intelligerent; itidem generali mandato suis quoque, apud quos transeundum illis esset, serio S. Regia Vestra Maiestas mandaret. Verum an haec quoque via dextre succederet, nescio, iudicandum illud S. Regiae Vestrae Maiestati relinquo. Timendum autem esset, si resciret illa Imperator, tanto gravius commotum iri et indigniore animo talia laturum, ut per hoc irritatus vehementius in S. Regiam Vestram Maiestatem exardesceret. Quicquid autem hac in re a me praestari voluerit, fidem et obsequium meum S. Regiae Vestrae Maiestati offero.

Andreas Muntzer

a) *in ms.* Serenitatem
b) *in ms.* possunt
z) *sic in ms.*
1) *Ioannes IV Basilides.*
2) *Sigismundus I.*
3) *Iulius III.*
4) *Carolus V.*
5) *Christianus III.*
6) *Henricus a Galen.*

*N. 3876.*

*E Regio Monte, 14.II.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. thesaurario [Spytconi Jordan de Zakliczyn]*
*oves et opilionem mittere promittit* («ubi primum oves per opportunitatem temporis et aeris commode et sine periculo expelli poterunt, quod erit circa autumni tempus»).

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, NN. 1377, 1384.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 491-492.*

*N.3877.*

*E Regio Monte, 14.II.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*
*rogat, ut Masovitam, qui duos cives Gedanenses in publica via aggressus est, meritis poenis afficiat.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 492-493.*

Palatino Plocensi, XIIII Februarii.
Petit, ut [in] eos animadvertat, qui in via publica Gedanum aggressi sunt et spoliarunt.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.
Scripsit ad nos Capitaneus noster in Johansburgk ac fidelis dilectus Georgius Weyher, quod quidam Siermierski Mazovita hisce diebus, videlicet ad VIII Februarii, cives duos Gedanenses, [*f. 493*] ex Lomza iter facientes, in publica via ad unum miliare a districtu nostro Johansburg violenter aggressus, alterum letaliter iacularit, ita ut triduo post mortuus sit, alterum autem, alligatum arbori, omnibus suis bonis praesentibus spoliavit, equis etiam simul ablatis. Quoniam autem haec res pessimi sane exempli est, itaque Magnificentiam Vestram amice rogatam facimus, ea propter communem tranquillitatem et bonam vicinitatem in medium consulere idque operam dare dignetur, quo eiusmodi tandem facinorosi homines deprehensi meritas facti sui poenas luant. Id nos Magnificentiae Vestrae quibus possumus officiorum generibus amice compensabimus. Quam bene feliciterque valere optamus. Datae Regiomonti.

C. Sylvius

*N.3878.*

*S.l., 2.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*magno periculo Christianitati ab hostibus imminente, consilium dat regi, ut mediatorem se praebeat inter imperatorem et regem Galliae, quo omnes una cum rege Daniae et statibus Imperii adversus hostem Christianitatis se convertant.*
*Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 16-21.*

An konigliche mt. zu Polen, den 2 Martii anno 53.

Gnedigster konig und herr.
So ich bey mir erwegen thu die grosse vielfeltige liebe, gnade und wolthat, so mir E.Ko.Mt. herr und vater vielfeltig erzeiget, und E.Ko.Mt. sampt der löblichen Cron sich nicht weniger in irer eingehenden regirung [*f. 17*] noch bishero in derselben hern und vaters fusstapfen einzugehen rumlich als ein gnediger herr gegen mir, irem, ohne ruhm zu reden, getreuen diener, lehenfursten und bluttvorwandten, in gnaden erpieten, die

löblichen stende auch der löblichen Cron sich in aller bruderlichen liebe und freuntschaft gegen mir vorhalten, erwege ich, das von mir ein untugendt were und die grösste undanckbarkeit, wo ich nicht tagk und nacht betrachte, das ich nicht mir allein von dem ewigen Gott in diese weldt geschaffen, mir allein und niemandes mehr nutz zu sein aber zu dienen. Hirumb umb betrachtung vieler erzeigten gnade von E.Ko.Mt., meynes gnedigsten hern, und hernachmals die freuntliche gewogenheit, liebe und freundtschaft der gantzen Cron und löblichen stende, habe ich nicht nachlassen wollen aus der pflicht, domit ich Eur Mt. und der löblichen Cronen vorwandt, meyne thorheit und einfaldt, ob ich wol bey mir selbst erwege, das ich mit solcher viel zu spatt komme, und also als wolte ich wasser ins meer tragen, weil E.Ko.Mt. sampt iren hochvorstendigen rethen und stenden der Cron zuvorn in [*f. 18*] treulicher und nutzlicher betrachtung wol bedacht und erwogen itzigen standt und kleglichen lauf der christenheit, in was ferligkeit er stehet, und wie solchem widerumb mochte gerathen werden, anzuzeigen.

Weiter aber soviel mehr, weil ich nicht erfare, ob sich ein standt der christenheit einlasse, ro.key.mt.[1] und die löbliche Cron in Franckreich zu vortragen und diese schwere krige wider den feindt der christenheit zu wenden. Den weil ich ansihe, wie der feindt der christenheit teglich dieselben mehr und mehr zu underdrucken, den sie bekumpt und stettiges seinen gewaldt ermehret, die heubter aber der christenheit wir lieber die mehrung gunnen, domit sie nurth auch wider ire, so sie vileicht achten widerwertige, sich auch rechen mochten, und also vast mehr eigener als der christenheit nutz; das ich nicht zu scherff rede oder scherpfe erwogen, kan nicht feylen, das alle stende, so solchem feindt der christenheit benachpart werden, sich zu besorgen mussen haben, was heute and dem eynen, [*f. 19*] morgen dem andern an der thur sey.

Sodan E.Ko.Mt. nicht der wenigsten heupter eins in der christenheit, und ob sie wol nicht der eldiste an der regirung, achte ich doch bey mir, das E.Ko.Mt. und loblichen Cron solches alhie zu erwegen, sich auch und irer selbst eigenen Cron, die dem feindt nahendt gesessen, schuldig, nicht lenger ir selbst zu entlichem vorterb zuzusehen. Domit aber E.Ko.Mt. irer loblichen Cron und ir ein ewig gutt werck gegen Gott und der christenheit, das auch zu derlselben ewigem lob und preiss gereichen mochte, vor sich nehme, so achte ich, das E.Ko.Mt. gebure und auch ir ampt sey, das sie sich zwischen ro.key.mt. und ko. w[urde] zu Franckreich[2] in underhandlung einlasse, an bede, key.mt. und ko.w., bottschaften schicke, mit inen underhandlen lasse, das sie E.Ko.Mt. neben den stenden des Romischen Reichs und ko.w. zu Dennemargkt[3], die E.Ko.Mt. zu sich zuzihen und erwinden wolte, und mit inen vorhandlen, das sie sich neben E.Mt. in allen iren gebrechen einlassen wolten, wie auch E.Mt. bereit im werck weren. Domit aber solches soviel bequemer beschehen mochte, musten die krige suspendiret und einen anstandt haben, den mochte auch E.Ko.Mt. durch botten [*f. 20*] bey beden parten zu vorhandlen, mit treuem fleis bevelen, mitlerzeit auch bey ko.w. zu Dennemargkt und den löblichen stenden des Romischen Reichs handlen, das sie gleichmessig bey key.mt. und ko.w. zu Franckreich undersuchen thetten und handelten etc.

Und bitte gantz dienstlich, E.Ko.Mt. wolde in gnaden mir zu gutte halten meyne einfaldt, die furwar nichts anderes, allein der christenheit zu gutt, E.Ko.Mt. zu hochstem ruhm, ehre und ewiger gedechtnus bedocht, in gnaden von mir aufnehmen. Und ob in dem bedocht wolt werden, das E.Mt. eine grosse arbeit, muhe und uncosten daruf geben wurde und moge,

bitte ich durch Gottes willen, E.Ko.Mt. wollen sich solches nicht bekummern und anfechten lassen, sonder vielmehr erwegen, das der liebe Gott E.Ko.Mt. darumb erschaffen, das E.Mt. der christenheit dienen solle, und wollen ir ampt in dem, so E.Ko.Mt. von Gott eingesetzt, nachsetzen [*f. 21*] und mich in irer mt. gnade bevolen haben. Die ich Gottes gnade und segen, vor allem ubel zu behutten, hiemit bevele.

1) *Carolus V.*

2) *Henricus II.*

3) *Christianus III.*

*N. 3879.*

*E Regio Monte, 2.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*mittit litteras ad regem scriptas et rogat, ut eas ad manus regis proprias adferre velit; commendat negotium, de quo ad regem scribit.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1382.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 493-494.*

Ioanni Ozieski, Regni Poloniae Supremo Cancellario, 2 Martii.
Petit, ut literas Celsitudinis Suae in manus S. Regiae Maiestatis proprias tradat, negotiumque Celsitudinis Suae sibi commendatum habeat.

Mittimus Magnificentiae Vestrae literas ad Serenissimum Regem, Dominum et consobrinum nostrum [*f. 494*] clementissimum, hisce adiunctas, quas ne Magnificentia Vestra gravetur ad manus eius Maiestatis proprias[a)] ferre, amice petimus. Misissemus Magnificentiae Vestrae exemplum earum, verum cum sciamus S. Regiam Maiestatem non solere talia clam Magnificentia Vestra habere, parcendum labori describentis existimavimus. Illud autem summopere Magnificentiam Vestram rogatam habemus, ut studio quo possit maximo iuvet promoveatque negotium illud, de quo scripsisse nos Maiestati Suae intelliget, ut Maiestas Sua se facilem pio huic operi exhibeat. Cui ornando, pro dignitate amplificando, denique et impetrando Magnificentiam Vestram in se nihil desiderari passuram certo confidimus. Quod superest, amice petimus, ut Magnificentia Vestra, quemadmodum proximis suis literis se facturam recepit, negotia nostra sibi curae esse velit. Qua ex parte ut nobis longe fecerit gratissimum, ita non verbis tantum, verum et re aliquando ipsa studium hoc Magnificentiae Vestrae demerituros nos recipimus. Quae bene valeat. Datae Regio Monte.

A.M.

a) *in ms.* propria

*N.3880.*

*S.l., 2.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*pro diligentia in negotio palatini Marienburgensis [Achatii Czema] et Stanislai Kostka adhibita gratias agit; sperat fore, ut Ioannes Wunsam oratoribus suis ad Comitia Cracoviensia mittendis hospitium in domo sua praebeat.*

*Ostpr. Fol. vol. 45, ff. 168v-169v.*

An Gabrieln Therla, den 2 Martii 53 anno.

Ewer schreyben, des datum den 7 Februarii, haben wir den 22 desselben monats bey des marienburgischen woiwoiden[1] diener uff unserm hause [*f. 169*] Gorgenburgk empfangen und mit erfrewetem gemutt, das sich die ko.mt., unser g. her etc., wegen wunschung des gluckseligen newen jhares so gnedigst und mit neygung ires ko[nigliche]n haupts bedanckt, und uns hinwidderumb ein glugseliges newes jhar gnedigst wunschen, daraus vormerckt. Wunschen demnach hochgedachter ko.mt. etc. von dem almechtigen Gotte, deme und ir ko.mt. wir uns danne bevholen haben, seine gottliche gnade und segen, auch alle wolfart nach seiner ko.mt. selbst begeren. Ferner haben wir, wess ir bey ko.mt. etc. in gedachtes marienburgischen woywoiden und des Kostken[2] sachen gehandelt, gnediglichen daraus verstanden. Thun uns des angewanthen fleisses halben und dessen, so ir erhalten, gegen euch gantz gnediglichen bedancken. Dieweil aber in deme von dem cum titulo bischoff zu Heilssberg[3] nach nichts erfolget, ist an euch unser gantz gnediges begeren, ir wollet bey hochgemelter ko.mt. anhalten und befordern, damit itzgedachtem hern bischoffe nachmals geschrieben werde, damit die sache nicht in langen kosten gedeyhe.

Was Neumarckt belanget, haben wir verstanden, wess dem marienburgischen woywoiden zu gutte ausgericht worden. Thun uns demnach kegen hochgemelter ko.mt. gantz [f. 169v] undertheniglichen bedancken, und haben beides mehr gedachtem woiwoiden, unserm lieben gefattern, widderumb eroffnet. Und nachdem ir, ob wir unsere gesanten gegen Crackaw zu senden bedacht, domit ir euch der herbergen halben darnach zu richten wustet, vorstendiget zu werden bittet, als zweifeln wir nicht, ewer diener euch numher berichtet, das wir unsere botschaft derorth auch haben werden. Bedancken uns derhalben in diesem auch gantz gnediglichen, und dieweil des Wunsams haus befreyet, achten wirs darfur, wan mans ime befelet, ehr unsere gesanten herbergen werde.

Letzlichen were der dancksagung wegen des zuentbottenen grusses, so durch die hochgeborne furstin, unser f. hertzliebe gemahl[4] und tochter[5], bescheen, nicht vonnothen gewesen. Und thun sich i.l. des zuentbotenen gluckwunschens in g[nade]n bedancken. Wunschen hinwidderumb alles, wess ir begeren moget.

Ex commissione Principis propria
Idem audivit
Cas[par] Blochinger

1) *Achatius Czema.*
2) *Stanislaus Kostka.*
3) *Stanislaus Hosius, ep. Varmiensis.*
4) *Anna Maria.*
5) *Anna Sophia.*

*N. 3881.*

*E Regio Monte, 2.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarło,*
*pro litteris et novis (de futuris Comitiis Cracoviensibus etc.) gratias agit; pro benevolentia nomine suo Achatio Czema a rege exhibita gratum se regi*

*declarat; item de equo sibi mittendo, de hospitio a Petro Kmita sibi Cracoviae procurando, de puero nano etc.*

*Cfr. El. XLIX, N. 76.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 170-172.*

An Bernhard Pohiebeln, den 2 Martii anno 53.

Ersamer, lieber, getrewer.

Dein schreiben an uns gethan, dess datum den 7 Februarii, haben wir den 22 desselben monats zu Gorgenburgk empfangen und unter anderm, das der reichstag zu Crackaw acht tage nach datum deines briffs angehen solle und das der gewegsten wegen der heirath zu Tarnaw nach wenig aldo ankhommen, in g[nade]n daraus verstanden. [*f. 170v*] Und thun uns gegen deyner person solches dinstlichen berichtens gnedigst bedancken. Was des cum titulo her Czemens sachen belanget, und wohin sie bey ko.mt. zu Polan gewendet und itzgedachtem woiwoiden alles zugeschrieben worden, haben wir auch vormerckt. Bedancken uns demnach gegen hochgedachter ko.mt. gantz underthenigst, das sie sich unsernt halben so ein g[nedige]n h[er]n erzeigt. Sein auch hochlichen erfrewet, das ko.mt. hochgemelt unserm lieben gefattern, dem hern woiwoiden, so behulflichen erscheynen.

Das du in deinem schreiben meldest, wie sich das wetter leichtlich endern konne, konnen wir ein solchs gnungsam nit vorsehen. Begeren derhalben gantz gnediglichen, wollest dich dessen bey diesem bothen gegen uns ferner erleren.

Den saiger sambt den bibersocken und anderm, so du uns von der Wilna ubersandt, ist uns alles worden, und gefelt uns der seyger wol. Seindt auch in g[nade]n zufriden, das du deinem schreiben nach umb den andern anhaltest, mit angehefftem gnedigem begeren, wollest uns, wess eyner gestehen, durch dein schreiben berichten.

Das du uns einen zeltner, so starck und gutt sein sol, zuwegen bracht und nach eines andern wartest, seindt wir gegen deiner person in gnaden danckbar, [*f. 171*] und dieweil du, wan du sie uns ubersenden sollest, von uns bericht zu werden bittest, und bis uff unser weiter schreiben damit zu vorziehen bedacht bist, als wollen wir dir gnedigst nicht bergen, das uns der zeltner, so wir auch von dir bekhommen, in unserm jungsten hinaufzuge nach der wildtnus ubel und leicht zu schaden khommen, also das wir nicht wissen, ob er uns wider werde oder nicht. Derhalben unser gnediges begeren, du wollest die fleissige ufachtung pflegen, damit du uns was gutts und unverterb zusenden mogest. Und do sie schon ettwas tewer, hastu ein kleines nicht anzusehen, allein das es was gutts sey, und uns, wess sie gestehen, zu vorstendigen, so sol es dir, wie auch die seiger und anders, zu danck bezalet werden.

Das sich Petrus Kmitha[1], unser besonder lieber her und freund, uff anregen seiner herschaft uns zum besten umb gutte herberge bemuhet, solchs seindt wir gegen seyner person freundtlich danckbar, in g[nade]n hinwidder zu beschulden. Und nachdem du uns der gewegsten hern noch zur zeit wenig vorhanden berichtest, aber wan sie ankommen werden, uns desselben zu vorstendigen erbitten thust, als ist hiemit an dich unser gnediges begeren, wollest uns, darnach haben zu richten, mit solchem bericht nicht lange uffhalten, damit wir unsere botschaft nicht zu spate schicken.

Ferner dieweil du vormeldest, wie dein her etzlich hundert ochsen, [*f. 171v*] aber nicht in der grosse wie die podollische[n] ochsen, sonder die in Reussen erzogen werden, gehen haben solle, und wir derselben zu unser

furstlichen hoffhaltung jerlichen wol ein notturft von deinem hern2) bekommen konten, als ist unser gnediges begeren, wollest dich, wie gross sie ungervherlich nach den podollischen, wie am kauffe, ob sie grosser als die masauschen, und wieviel wir derselben jerlich bekommen konten, erkundigen und uns solchs vorstendigen; da sie uns darnach in einem muglichen kauffe gelassen werden, wolten wir in solchem deinem herren unser geldt fur andern gonnen.

Das dein her einen undeudschen zwerich IIII spannen ungevherlich lang zuwegen bracht und uns denselben zu gelegener zeit ubersenden willens, solchs thun wir uns gegen seiner person gantz gnediglichen bedancken, in g[nade]n hinwidderumb zu erkennen, auch desselben zwerges gewertig sein wollen.

Letzlich was dein eygen bitten belangend ist, sollestu dich gewisslichen zu uns getrosten, das wir deiner mit gnaden eingedenck, und es in kein vergessen stellen wollen. Nimbt uns auch wunder, das dir ditzfals von unserm secrettario Balthasar Ganssen nichts geschrieben worden; mussens derohalben, weil ehr itzo vorreiset, und wir, woran es gemangelt, uf diessmahl nicht wissen, darbey wenden und ruhen lassen. Du sollest aber bey unser nehisten botschaft von uns in g[nade]n beantwortet werden. Und wolten dir solchs auf dein schreiben zur antwort in g[nade]n nicht bergen. Datum Konigspergk ut supra.

Ex commissione Principis propria
Caspar Blochinger

1) *palatinus Cracoviensis, R.P. marscalcus.*
2) *Gabriel Tarło.*

*N. 3882.*

*S.l., 2.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pretwicz, capitaneo Trembovlensi,*
*rogat, ut pro pecunia iam sibi missa aliquot equos Turcicos, vel saltem unum, emat et palatino Marienburgensi, Achatio Czema, mittat.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 170.*

*N. 3883.*

*E Regio Monte, 6.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*de negotio Georgii Ritter, de cuius audacia et temeritate queritur et rogat, ut novum mandatum ab eo mendaciter a rege impetratum retractari iubeat ipsumque negotium prioribus commissariis mandari.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 494-498.*

Regi Poloniae, VI Martii.

Petit novum mandatum, a Georgio Ritter mendaciter impetratum, retractari et prioribus commissariis negotium illud denuo committi.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine [*f. 495*] Charissime.

Hoc die perlatae ad me sunt S. Regiae Vestrae Maiestatis literae, quibus scribit Georgium Ritter questum esse, quod ius suum obtinere non possit, nihilque aliud a commissariis agi, quam se ludificari et comperendinari, ideoque S. Regiam Vestram Maiestatem, eius precibus motam, alios commissarios eam ad causam designasse. Qua quidem in re hominis istius praefracti et temerarii impudentiam satis mirari nequeo, quod non erubescat talia a rei veritate alienissima ad S. Regiae Vestrae Maiestatis aures perferre. Principio enim, quod culpam in commissarios reiicit, longe aliud ipsos commissarios S. Regiae Vestrae Maiestatis ad Maiestatem Vestram (uti se facturos receperunt) perscripsisse existimo. Nam quod in proximo conventu Elbingensi nihil confici potuit, id propter absentiam legitimam plerorumque commissariorum, a S. Regia Vestra Maiestate ad eam causam designatorum, accidisse, statim post meorum commissariorum reditum perscripsisse me S. Regiae Vestrae Maiestati memini. Quibus literis illud annexum est: Quandoquidem ab his commissariis, qui tum praesto fuissent, tota causa in proximum conventum Marienburgensem reiecta esset, ut ad id quoque tempus non omnes pariter [*f. 496*] adessent, ut S. Regia Vestra Maiestas praescriptum commissariorum numerum ita moderaretur, ut si ab una forte parte tres vel quattuor tantum praesentes essent, ab altera quoque pari numero adhiberentur, ne absentium causa, sicut Elbingae accidisset, totius negotii diiudicatio longius prorogaretur. Quod se S. Regia Vestra Maiestas pro sua in me benevolentia clementer facturam literis suis, XXVIII Decembris anni LII Wilnae datis, pollicita est.

Haec cum ita se habeant, sicut S. Vestra Regia Maiestas ex suis commissariis cognoscere poterit, res ipsa evincit Georgium Ritter malitiose et dissimulata veritate S. Regiae Vestrae Maiestati obrepsisse et mendaciter hanc novam commissionem extorsisse. Quare officiosissime S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut hanc novam commissionem, mendacibus precibus obtentam, irritam facere dignetur propter innumerabilia eius, quae inde sequutura sunt, incommoda. Primum enim peccatur in iuris et rerum iudicatarum ordinem, labefactatur authoritas decretorum S. Regiae Vestrae Maiestatis in hac causa iam editorum, quorum nulla adhuc executio facta est, quaeque a Georgio Ritter hactenus contemptim habita et spreta sunt. Quae unica causa est tantae morae hactenus in caussa factae. Irrita quoque erunt ea omnia, quae hactenus non sine magno labore confecta et legitimo ordine peracta sunt, laeditur praeterea existimatio priorum commissariorum, ad huius causae decisionem a S. Regia Vestra Maiestate delegatorum. Insuper ea quoque ratione subditis meis cum enormi facultatum suarum detrimento bonis arestatis carendum esset. [*f. 497*] Denique quam grave futurum sit iis, qui huic actioni antea non interfuerunt, hanc causam tractare, ipsa S. Regia Vestra Maiestas prudenter intelligit.

Quapropter etiam atque etiam S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut nova commissione tam iustis de causis retracta, conventionem priorum commissariorum ratam esse velit eaque de re literas ad commissarios edat, sicut se facturam recepit, neque ita facile homini levissimo, qui suppressa veritate, contra manifestam rerum iudicatarum, quibus parere contumaciter recusat, authoritatem fucum S. Regiae Vestrae Maiestati facit, fidem

habeat, sed quemadmodum fecit hactenus, pluris meam aut commissariorum suorum integritatem et documenta faciat, ac dicti Georgii Ritters, omnia in contemptum decretorum S. Regiae Vestrae Maiestatis suscipientis, temeritatem, contumaciam et frivola caussae diverticula meritis poenis coerceat. Qua in re nihil mihi gratius et ad causam illam facilius diiudicandam accommodatius fieri poterit. Ita demereri hanc S. Regiae Vestrae Maiestatis benevolentiam summo studio annitar.

Ad extremum peto, ut quo poterit citissime hunc meum tabellionem expediat, ne cum tempus novae commissionis sit perangustum, propter absentiam meorum commissariorum, quos hinc inde aliis [*f. 498*] negotiis obeundis praefeci, iterum Georgius novae querelae occasionem arripiat. Nam quantum in me fuerit, omni studio in hoc totus ero, ut hac caussa sopita omnia quieta et tranquilla inter S. Regiae Vestrae Maiestatis et meos subditos conserventur. Quod superest, Regiam Vestram Maiestatem peroptime valere cupio. Datae Regio Monte.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii
Idem audiverunt.
A.M.

*N. 3884.*

*E Regio Monte, 6.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*de negotio Georgii Ritter (cfr. N. praeced.).*
*Cfr. El. XXXIX, N. 1382.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 500-502.*

Ioanni Oczieski, Cancellario, VI Martii.
Queritur de contrarietate commissionum in causa Georgii Ritter, petitque novam commissionem, falsis documentis impetratam, rescindi et veterem renovari.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Hoc die insperato nobis literae S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, allatae sunt, quibus Maiestas Sua scribit Georgium Ritter, quemadmodum ipse indicasset, a commissariis in negotio, quod cum subdito nostro habet, non nisi ludificari iusque nullum obtinere posse. Inde motam S. Regiam Maiestatem novos commissarios ad causam illam deputasse. Ad quas quid Maiestati Regiae responderimus, Magnificentia Vestra ex literis ad eam scriptis intelliget. Quandoquidem autem Magnificentia Vestra aliquoties et literis et coram studium in hac causa suum nobis obtulit ac re etiam ipsa comprobavit, satis mirari non possumus, quod eiusmodi [*f. 501*] literae, prioribus S. Regiae Maiestatis pollicitationibus et decretis nondum debitae executioni demandatis plane repugnantes[a)] et iuris ordini omnino contrariae, sub maiori sigillo, cui praeest Magnificentia Vestra, edantur in maximum non tam nostrae existimationis, quam ordinis iudiciarii et iustitiae, imprimis vero S. Regiae Maiestatis vilipendium et contemptum. Ac sane mirari satis non possumus homini levissimo plus credi, quam omnibus commissariis et nobis quoque, consanguineo et

vasallo Principi Suae Maiestatis. Quoniam autem adduci non possumus, ut credamus ista sciente Magnificentia Vestra committi, quippe cuius fidem, studium et amicum in nos affectum ex multis documentis perspectum habemus, itaque amice petimus, ut Magnificentia Vestra sua opera, cura et studio iuvet, ut quae iuste et recte a S. Regia Maiestate de retractanda ista nova commissione flagitamus, facilius impetremus, ne quod per priores commissarios vix magnis laboribus perfici coeptum est, per novos hos, quibus bona ex parte negotium hoc cum circumstantiis suis plane incognitum est, corruat, utque nominis et dignitatis priorum commissariorum, vel potius decretorum et authoritatis regiae hac ex parte ratio habeatur. Facile enim intelligit Magnificentia Vestra subditum nostrum in extraordinariam illam commissariorum deputationem non consensurum, nisi et decretis prioribus satisfiat, et illa debitae executioni mandentur.

[*f. 502*] Quare quod petimus, Magnificentiam Vestram pro veteri suo in nos candore facturam omnino confidimus. Illud autem summopere Magnificentiam Vestram oramus, ut tabellionem hunc nostrum, quo fieri poterit citissime, ad nos remittat cum prioris commissionis renovatione, huius autem novae, ex falsa informatione Georgii Ritter profectae, retractatione, ac denique commissariorum priorum numero, ut sunt Reverendi in Christo Patres, Magnifici, Generosi et Famati Stanislaus Hosius Warmiensis, Ioannes Lubodzieski Culmensis Episcopi, Achatius Zcema Marienburgensis, Mevensis Stumensisque, Ioannes a Dzialin Pomeraniae Palatini, Georgius de Konopath, Castellanus Elbingensis, Ioannes Brandis, Proconsul Gedanensis. Factura nobis rem gratam ac benevolentia vicissim nostra demerendam. Cupimus tandem Magnificentiam Vestram optime valere. Datae Regio Monte.

A.M.

a) *in ms.* repugnanter.

*N. 3885.*

*E Regio Monte, 6.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*iterum pro heredibus Alberti Russau, ut eis* «potestatem faciat avehendi ligna sine praesenti numeratione mercedis debitae, sed eam clementer differat ad proximum mercatum Gedanensem in festo s. Dominici».

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXI, N. 582.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 498-500.*

*N. 3886.*

*E Regio Monte, 12.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*litteras reginae intercessorias pro quibusdam civibus Varsaviensibus, 17.II.datas, se accepisse et pro eisdem civibus ad Albertum iuniorem marchionem*

*Brandenburgensem scripsisse nuntiat, ut eis merces a marchionis capitaneo nondum integre restitutae tandem restituantur.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXI, N. 584.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 502-503.*

*N. 3887.*

*E Regio Monte, 13.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Victorino, capitaneo Skideliensi,*
*pro intercessione sua, in negotio eius ad regem facta, tanta gratiarum actione opus non fuisse scribit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 503-504.*

*N. 3888.*

*E Regio Monte, 18.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*capitaneo Samogitiae generali [Hieronymo Chodkiewicz]*
*rogat, ut processui iudiciario in causa subditi sui in carcerem coniecti diem statuat, ne subdito suo, forsitan innocenti, diutius in custodia haerendum sit.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 504-506.*

Capitaneo Samogithiae generali, XVIII Martii.
Scribit se excusationem Magnificentiae Suae accipere, quod ipsa nesciente praefectus Garsdensis egit. Petit autem, ut Magnificentia Sua diem iudiciario processui mature dicat, ne captivato Illustrissimi Principis subdito tam diu in vinculis haerendum sit, et ut omnes controversiae inter utrosque subditos componantur.

Magnifice ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Ea, quae de processu iudiciario inter Magnificentiae Vestrae praefectum Garsdensem et subditum nostrum de homicidio insimulatum Magnificentiae Vestrae scripsimus, et quod Magnificentia Vestra praeter culpam suam accidisse ea, quae praefectus iste contumaciter praesumpserat, se excusat, in eo ut rem ipsam, quemadmodum gesta est, descripsimus, ita hanc Magnificentiae Vestrae excusationem et libenter et facile admittimus, nec [in] animum induximus unquam sciente, multo minus iubente Magnificentia Vestra ista accidisse, ut sane tam luculenta [*f. 505*] sui excusatione opus non fuisset. Is enim noster in Magnificentiam Vestram, non minus ac Magnificentiae Vestrae in nos, est animus et candor, ut non nisi optima nobis de Magnificentia Vestra polliceamur, gratoque amplectimur pectore hanc summam studii propensissimi oblationem, utque sibi vicissim de nobis non inferiora promittat, cupimus.

Quod vero personalem Magnificentiae Vestrae cum capitaneo nostro causae supradictae cognitionem attinet, in eo quod Magnificentia Vestra nostro arbitratui subscribit atque assentit, gratum nobis accidit. Miseret autem nos subditi nostri captivati, propterea quod dum Magnificentia Vestra adhuc certa non est de die ad hanc rem assignanda, tantisper illi misero, tot iam frigoris carcerisque incommoditatibus confecto, in vinculis sit haerendum. Cum tamen de ipsius innocentia non levia documenta in processu proxime habito apparuerint, et salvo iure propter contumaciam partis adversae liber e vinculis dimitti potuisset, [a]nisi in hoc Magnificentiae Vestrae gratificatum fuisset[b], etsi maxime etiam posthac reus esse convinceretur, tamen nobis alienum ab aequitate videretur ipsum per diuturnam hanc incarcerationem duplici quasi poena plectendum esse. Itaque amice cupimus, ut Magnificentia Vestra eius miseri benignam rationem habere velit, ne dum ambigit de die constituenda, gravi eiusmodi custodia porro detineatur. Quod [*f. 506*] Magnificentiam Vestram iustitiae et aequitatis amore haud difficulter facturam minime dubitamus. Petimusque nihilominus, ut quoad maturius fieri per rationes Magnificentiae Vestrae poterit, eam diem capitaneo nostro assignet, ut et nos et Magnificentia Vestra per definitivam omnium controversiarum decisionem innumeris subditorum ab utraque parte liberemur querelis. In eo Magnificentia Vestra nobis rem gratam, se vero maxime dignam factura est. Quam et feliciter et optime valere optamus. Datae Regiomonti.

A.M.

a)-b) *in margine.*

*N. 3889.*

*E Regio Monte, 24.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*rogat, ne mercatoribus Anglicis mandata prioribus contraria concedere velit.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 506-507.*

Regi Poloniae, XXIIII Martii.
Petit, ne patiatur in negotio Anglicano priori mandato aliquid contrarium edi.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Significarunt mihi proconsul et consules civitatis Gedanensis vereri se, ne mercatores Anglicani contraria mandata iis, quae Magnificus Dominus Palatinus Marienburgensis[1] ipsis nomine S. Regiae Vestrae Maiestatis Gedani exposuit, surrepticie in aula S. Regiae Vestrae Maiestatis impetrent. Quod ne fieret, petiverunt, ut hac de re ad S. Regiam Vestram Maiestatem intercederem. Etsi autem non dubito cavisse S. Regiam Vestram Maiestatem in cancellariis suis, ne quid eiusmodi prodeat, tamen cum in tanta negotiorum multitudine non raro accidere possit, ut pugnantia nonnunquam edantur, precibus [*f. 507*] illorum minime abnuendum esse putavi.

Peto itaque officiosissime, ut quod providisse iam S. Regiam Vestram Maiestatem scio, deinceps etiam peculiari mandato hoc Anglicum[a] negotium diligenter apud eos, qui promovere solent talia, observari iubeat, ne contraria prioribus impetrentur. Qua in re S. Regia Vestra Maiestas in pri-

mis mandatorum suorum dignitatem conservabit, ac subditis suis terrarum Prussiae, quorum commodis hoc Anglicano negotio recte consulit, gratissimum factura est. Cumque ea omnia meos quoque subditos concernant, demereri illud officiosissime adnitar. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem diutissime incolumem et salvam esse opto. Datae Regio Monte.

A.M.

a) *in ms.* Anglicorum
1) *Achatius Czema.*

*N. 3890.*

*E Regio Monte, 26.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*de veteribus in Samogitia itineribus subditis suis interdictis queritur et petit, ut eis porro usitatis et consuetis viis uti liceat.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 507-508.*

Regi Poloniae, XXVI Martii.
Petit, ut liceat mercatoribus Prutenicis in Samogitia veteribus uti itineribus.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Honestus subditus meus ac fidelis dilectus Ioannes Frantz, Regiomontanus, suppliciter mihi non sine gravi maerore significandum curavit, se propter usitatae viae prohibitionem in Samogithia non mediocre damnum sustinere, quod dicat totam negotiationem suam, [*f. 508*] quam iis in locis et terris S. Regiae Maiestati Vestrae subiectis non contemnendam habet, penitus hac interdictione viarum sibi interverti. Nam cum et pecuniam mutuo dederit et merces hominibus in Samogithia constitutis pro ipsorum necessitate communicarit, a quibus vicissim boves, iumenta et alia id genus mercimonia recipere cogatur, nunc si ea ipsa primum ad Caunam tanta viarum distantia adducere debeat, tandem autem per sylvam Grauden pessimo itinere huc in Prussiam importare, nemo non videt ipsum duplici atque eo amplius labore, impensis et sumptibus praegravari. Vehementer itaque a me subiectissimeque non modo dictus Ioannes Frantz, sed et alii quam plures subditi mei, qui in Samogithia et Lithuania negotiantur, rogarunt, ut pro se ad S. Regiam Maiestatem Vestram submisse intercedere dignarer, quo ipsis priori atque hactenus consueta via bona cum venia et clementia S. Regiae Maiestatis Vestrae in posterum sine impedimento uti liceat.

Cum autem S. Regiae Maiestati Vestrae nihil plane hinc decedere existimem atque hanc petitionem pactis conventis maxime consentaneam esse mihi persuadeam, supplicibus meorum subditorum precibus non potui non annuere, etiam atque etiam subiectissime petens, S. Regia Maiestas Vestra dignetur illorum conditionem clementer considerare atque efficere, ut illis ipsis subditis meis hucusque usitatis et consuetis in Samogithia viis uti porro etiam liceat. Sic S. Regia Maiestas Vestra rem Rege dignam et iustitiae ac pactis conformem fecerit. Ego autem quibus possum officiorum generibus, una cum meis subditis, sedulo promereri conabor. Quam Christus Optimus Maximus etc. Datum Regio Monte etc.

C.S.

*N. 3891.*

*E Regio Monte, 26.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*Melchiorem a Lehendorff, nobilem adolescentem, regi Poloniae* «prae ceteris Regibus ac Principibus inservire» *cupientem, commendat et petit, ut eum in numerum servitorum suorum recipere dignetur.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 510-511.*

*N. 3892.*

*E Regio Monte, 26.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*negotium, de quo ad regem scripsit, commendat (scil. ut liceat subditis suis mercatoribus veteribus et consuetis in Samogitia uti itineribus, (cfr. N. praeced.).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 509.*

*N. 3893.*

*E Regio Monte, 27.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*rogat, ne in negotio Anglicano ex Cancellaria sua mandatum aliquod prioribus contrarium proficiscatur.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 509-510.*

*N. 3894.*

*S.l., 27.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pretwicz, capitaneo Trembovlensi,*
*accuratam rationem pecuniariam et indicationem, quid sibi ab eo adhuc debeatur (scil. 2421 fl. et 10 gr.), mittit.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. L, N. 561.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 172-173v.*

*N. 3895.*

*E Regio Monte, 28.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Ravensi [Andreae Sieprski]*
*exemplar litterarum suarum, 14.VI.1552 anni in negotio subditi sui Georgii Thalau ad eum datarum et ob grassantem tunc temporis pestem ei non redditarum, mittit et pro eodem subdito suo iterum intercedit* («quo tandem subditus noster hoc pecuniae, quod non iniuria postulare videtur, citra graviores molestias consequatur», *cfr. El. LXV, N. 3765).*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1335.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 511-512.*

*N. 3896.*

*E Regio Monte, 28.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*Andream Muncerum, secretarium suum, certis cum mandatis ad eum mittit et rogat, ut eum benigne audiat, in omnibus plenam adhibeat fidem et negotia ipsi commissa expediri iuvet.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 512-513.*

*N. 3897.*

*E Regio Monte, 28.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Spytconi Jordan de Zakliczyn, R.P. thesaurario,*
*litterae credentiales pro Andrea Muncero, secretario suo.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 513-514.*

*N. 3898.*

*E Regio Monte, 29.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*binas eius litteras se accepisse nuntiat et precatur, ut inchoata Regni Comitia et legatio Nicolai Radziwiłł in Germaniam bonum exitum consequantur; de tabellario suo diutius retento nulla excusatione opus esse asserit; de legatis Valachicis Cracoviam adventuris, de litteris a rege acceptis, de negotio regis matrimoniali, de hospitiis parandis etc.*

*Autogr. Sigill.*

*HBA, B, K. 1175.*

Lieber freund Derle.

Ich hab newlich 2 schreiben von euch bekumen, beide Crakaw: das erste Dinstags vor Letare[1], das ander Donerstags darnach[2], daraus ich zum ersten verstehe, das der reychsdag angangen und ewerm vermercken nach derselb wol bis umb Ostern hinaus weren werde etc. Das er aber glucklich zu Gottes ehre und k.mt. willen volendet und wol ausgerichtet, bitte ich Got herczlichen umb. Das auch der littisch woiwoda, her Raczywil[3], von k.mt. hinnens in deusche land abgefertiget etc., und nicht allein an den herczogen von Beyren[4], sunder an dy ro.k.mt.[5], darnach an dy keiserlichen etc., darzu wunsche ich von Got dem almechtigen, das es allenthalben zu Gottes lob, k.mt. zu gefallen, moge ausgerichtet werden zu gluck und heil. Amen. Verhof, so was erfaren, das sich zutragen werde, ir werdets mihr mitdeylen. Besorge nurt, das k.mt. nicht daraus ein langer verzug ervolge, den ich k.mt. nicht gern gunnen wolte etc. Das es aber an dem einen ort geschlossen und wider geendert, wundert mich. Mocht gern wissen, so es muglich und so beschlossen und wider geendert, deucht michs ein grosser schimpf sein, das man weiter suchen solte etc.

Das mein bost aufgehalten, darf keiner entschuldigung. Das auch ro.k.mt. botschaft ankumen und nicht gehoret, wil ich ewers weitern schreibens erwarten.

Das sich auch dy wallachische botschaft genahendt und was vermercket wurt, ist Got zu bitten, das man es wol treffen, den warlich ist etwas zu erlangen und auch verliren. Der liebe Got gebe das beste mittel zu seiner ehre, k.mt. und der Cron zum besten.

Mir ist auch k.mt. eigen hant unterschreiben ankumen, warauf ich s.k.mt. weiter gnedigste antwort warten wil, wywol mich duncken lasse, das s.mt. iren gnedigen willen leichtlich eroffen kunte etc.

Das auch zum andern mol geschriben der heirat halber, wil ich neben und von euch warten, wen etwas gepracht wurt, und auf euch verlassen. Nicht weniger auch, weil ich hoffe, das nun mehr dy botschaft ro.k.mt. verhoret.

Mit der herbrich weis ich wol, das durch euch wol bestelt. Schicke auch kein andre botschaft, allein einen solicitatoren, wy ir aus anderm schreiben vernemen werdet. Befele euch auch denselben, lauts meinem schreiben, do ich weis, das er euch also befolen sein wurt, wie ir mihr allewegen auch befolen seit und pleiben solt, und befele euch und mich Gottes gnaden. In eile den 29 Marcy Kunigspurck anno 1553.

Albrecht der elter etc.

*In dorso manu ducis Alberti:* Herren Gabriel Derlen etc. zu eigner hant etc.

1) *7.III.1553.*
2) *16.III.1553.*
3) *Nicolaus Radziwiłł «Niger», palatinus Vilnensis.*
4) *Albertus V.*
5) *Ferdinandus I.*

*N. 3899.*

*E Regio Monte, 29.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Stanislao Bojanowski, secretario regio,*
*pro novitatibus sibi significatis gratias agit et rogat, ut Andreae Muntzer,*

*secretario suo, in expediendis negotiis ipsi commissis auxilio esse velit.*
*Cfr. El. XXXIX, N. 1381.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 514-516.*

Stanislao Boianowski, XXVIIII Martii.
Agit gratias pro novis communicatis et petit iuvari Andream Muncerum in negotiis, quorum sollicitatorem aget.

Nobilis ac Generose, sincere nobis dilecte.
Accepimus Generositatis Vestrae literas, Cracoviae IX Martii datas, quae nobis pergratae acciderunt, utpote diu a nobis desideratae literae. Quod autem Generositati Vestrae tanto temporis intervallo ipsi non scripsimus, unica haec caussa impedimento fuit, quod locum commorationis vestrae ignoravimus. Quare speramus nos hoc nomine et hac quidem vice apud Generositatem Vestram excusatos iri.

De novitatibus, quas nobis Generositas Vestra communicare dignata est, magnas illi habemus gratias. In primis vero optamus omnia totius Regni cepta et conatus pro honore omnipotentis Dei et incremento inclytae illius nationis bene feliciterque succedere. Nunquam [*f. 515*] enim eius Regni res tam felici in statu esse possunt, quin nos feliciora illi subinde optemus et ex animo faveamus, quippe quod ad nos ea quoque redundare videantur. Legationem ad Sacras Regiam et Imperatoriam Romanorum Maiestates[1] mitti libenter audivimus, atque utinam, quod Generositas Vestra olfacit, negotium matrimonii prospere succedat, aliaque negotia, quae ibidem expediunda sunt, legati pro sua insigni prudentia et dexteritate ita[a], ut prorsus confidimus, efficiant. Ad quorum quidem omnium expeditionem divinam opem, benedictionem et successum illis felicissimum optamus precamurque, ut oratores abeuntes, expeditis omnibus rebus pro sententia, exoratores feliciter redeant.

Ceterum Generositati Vestrae obscurum non est nos superiori tempore, cum apud S. Regiam Maiestatem Poloniae etc., Dominum nostrum clementissimum, Gedani essemus, responsum certum super gravaminibus, nobis hinc inde contra privilegia illatis, a Regia Sua Maiestate obtinere nullum potuisse, verum id negotii omne ad proxima ista Regni Comitia dilatum esse. Quare cum praeter ea gravamina parum admodum sit et exiguum, quod expeditum hisce Comitiis [*f. 516*] velimus, non duximus operae pretium iustam legationem mittere, verum praesentium exhibitorem, secretarium nostrum Andream Muncerum, eo destinavimus, ut tum apud Magnificum Dominum Regni Cancellarium[2], tum apud alios quosdam Regni proceres sollicitatorem agat, quo tandem super dictis istis nostris indecisis negotiis clemens et optatum responsum accipiamus. Itaque si is ipse sollicitator noster Generositatem Vestram aliqua in re, ut certe faciet, consuluerit, clementer petimus, Generositas Vestra suo consilio, studio et autoritate, quod potest, adesse velit, ut et eo citius expediatur et optatum responsum referat. Nihilominus etiam Generositati Vestrae aperiet indicabitque initium sive introductionem gravaminum et controversiarum nostrarum, quam itidem Generositas Vestra in Polonicum sermonem transferre non gravetur, ut habeat secretarius noster integrum et absolutum catalogum, quem aliquibus Regni proceribus nostro nomine communicet.

Extremo Generositatem Vestram rogatam facimus, ut suis literis crebro nos invisere et de statu Regni aliisque novitatibus oblatis, quantum illi integrum est et nostra interesse putabit, certiores nos per opportunitatem

facere dignetur. Id nobis ita gratum accidet, quod nostra clementia Generositati Vestrae compensare studebimus. Bene feliciterque Generositas Vestra valeat. Regiomonti.

Relatio Cancellarii
Constan[tinus]

a) in ms. vite

1) *sermo est de Nicolao Radziwiłł «Nigro» et Stanislao Kieżgajło in negotio m. ducis Moscoviae ad Ferdinandum I et Carolum V mittendis.*

2) *Ioannes Ocieski.*

*N. 3900.*

*S.l., 29.III.1553.*

*Fridericus ab Oelsnitz, marscalcus ducis Alberti,*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*de instrumentis ad faciendos vectes ad Iob Breitfuss, armifactorem regium, Vilnam mittendis et de vecte ad sublevandas portas et ianuas apto sibi procurando et Cracoviam mittendo.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLIII, N. 129.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 177-177v.*

*N. 3901.*

*S.l., 30.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarło,*
*de horologio et horologiorum magistro nimis lento; de equis sibi mittendis.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 175v-176.*

*N. 3902.*

*S.l., 30.III.1553.*

*Balthasar Gans, secretarius ducis Alberti,*
*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarło,*
*notum facit ducem Albertum bona Packeraw hoc tempore ei dare non posse, paratum tamen esse eorum loco alia bona, in Sambia sita* («Schlegels gutt genant»), *certis condicionibus ei concedere.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 176-177.*

*N. 3903.*

*E Regio Monte, 31.III.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*Andream Muntzer, secretarium suum, ad regem mittit, ut responsum regium in causa privilegiorum et libertatum suarum impetrare studeat, et rogat, ut eidem secretario suo ea in re adesse velit.*

*(Schedula: pro litteris 16.III. datis et novis in eis perscriptis: de oratoribus regis Romanorum, de Comitiorum exitu, de negotio palatini Marienburgensis etc. gratias agit).*

*Cfr. El. XLIII, N. 130.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 174-175v.*

An Gabrieln Therla, den letzten Martii.

Edler, ernvhester, besonder lieber.

Wir zweifeln nicht, ir habt euch zu erinnern, das wir jungsten zu Dantzig mit der ko.mt., unserm g. hern und freundtlichen lieben oheimen, etzlicher eintrege und beschwer halben, so uns unsern privilegien und den vortregen zuwider begegnet, allerley handlung gepflogen. Nun hat s.ko.mt. damals die hendel also verschoben, das wir uf den nehist volgenden reichstag von irer mt. einer antwort gewertig sein solten. Und wiewol wir unser botschafter uf itzigen reichstag derhalben zur stellen zu schicken nicht ungeneigt gewesen, so haben wir doch ein solchs in betrachtung, weil vorhin alles nach notturft an s.ko.mt. getragen, nicht fur nottig geachtet, sonder allein bey uns bedacht, gegenwertigen unsern secretarien, Andream Muntzern, als einen sollicitatoren, welcher durch den cum titulo grosscantzlern[1] umb fruchtbarlichen bescheidt anhielte, abzufertigen. Und so wir uns dan zu ewer person alles wolmeinenden, dienstlichen und treuhertzigen willens gentzlichen vorsehen, gelanget unser gnediges sinnen und begeren an euch, ir wollet bey der ko.mt. ein gutter forderer sein, damit von derselben uns ein gnedigste antworth widerfaren mochte. Und do auch bemelther unser sollicitator euch mehr umb rath und forderung in unsern gescheften ersuchen wurde, euch uns zu gefallen und unsern gescheften zum besten [*f. 174v*] guttwilig und unbeschwert erzeigen. Solchs gereicht uns von euch zu sonderm g. gefallen, in gnaden und allem gutten hinwider zu erkennen. Datum Ko[nigsberg].

Greg. Schultz.

Cedula

Hieneben wollen wir euch gnediglichen nicht pergen, das uns ewer schreiben, zu Krackaw am dienstage Letare ausgangen, zukhommen, welchs wir vorlesen. Bedancken uns anfangs aller anzeig im selben schreiben bescheen, und lest sich gleichwol seltzam ansehen, das der ro.ko.mt.[2] botschaft ane credentz des orths ankhommen, dan die weldt itzo geschwinde, konne[n] auch solche dinge woll umb allerlei aussehens willen furfallen.

In gleichen ist der ungrischen und wallachischen potschaft halben wol allerlei zu bedencken, im bedacht, das es von beden orthen griff seindt, daran die hende wol zu vorbornen sein mochten.

Wess nun in obgemelthem allem geschlossen, auch mit des ro. konigs gesanthen gehandelt, zweifeln wir nicht, ir uns davon, soviel zimblich, mittheilung thun, auch die copie des turckischen gesanthen werbung ubersenden werdet.

[*f. 175*] Das uf itzigem reichstage so wenig beschaffen, sehen und horen wir nicht gerne, den lieben Gott anrufende und bittende, er wolle die gnade seines heiligen geistes ins mittel senden, domit in solcher reichsversamlunge des gehandelt und geschlossen moge werden, darob sein heiliger nhame geehret, sein lob erbreitheret, auch die ko.mt. und lobliche Kron Polan mitsambt iren eingeleibten landen zu langen zeiten im ruigen regiment erhalten.

Ferner vormercken wir, wess ir wegen des hern marienburgischen woiwoiden[3] fur trewen fleiss vorgewendet, daran habt ir uns zu sonderm gnedigen gefallen gethan. Und zweifeln dabey gar nicht, der bemelthe woiwoide werde sich, solchs zu vordienen, keinen gutten willen erwinden lassen. So seindt wir zun euch auch trostlicher zuvorsicht, ir werdet zufurder an ewerem gutten willen nichts mangeln lassen, auch darob sein, domit die commission an h[er]n bischoffen zu Ermlandt[4] nit in die lenge ufgezogen.

Als ir auch letzlich der ochsen gedenckt, ist nit an; wir haben ewerm diener Bernhard Pohibeln derhalb geschrieben, weren auch nach des sinnes, uns mit euch derhalben in handlung einzulassen. Begeren demnach gnedigst, ir wollet uns derhalb forderlichen beantworthen, domit die ochsen, do wir uns mit euch darumb verglichen, in bester zeit mit dem ersten alhero gebracht mochten werden. So konde auch die gelegenheit geben, weil wir euch [*f. 175v*] unser geldt fur einem andern gonnen, das wir kunftig mit euch weiter in handlung gelangen mochten. Das wolten wir euch etc.

B. Gans secr.

1) *Ioannes Ocieski, R.P. cancellarius.*
2) *Ferdinandus I.*
3) *Achatius Czema.*
4) *Stanislaus Hosius.*

*N. 3904.*

*E Regio Monte, 4.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Łaski*
*de controversiis et rixis inter theologos suos queritur; litterarum exhibitorem commendat.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 517-520.*

Ioanni a Laski, IIII Aprilis.

Reverende et Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Quod hactenus Reverendam Genorositatem Vestram literis nostris non invisimus, id non oblivione Reverendae Generositatis Vestrae vel alia de causa, quam quod hucusque, praesertim hoc hiemali tempore, tabellionum penuria laboravimus, factum esse existimet. Nisi enim hic praesentium exhibitor, qui se in Angliam profecturum dicebat, nobis obtigisset, ne nunc

quidem Reverendae Generositati Vestrae scribere potuissemus. Hac igitur occasione et commoditate oblata, cum de Reverendae Generositatis Vestrae valetudine et successu certiores fieri summopere cupiamus, praesentium latorem nostrum [sine] literis nostris ad Reverendam Generositatem Vestram venire noluimus.

Ac initio Reverendam Generositatem Vestram clementer celare nolumus, hactenus de rebus Anglicis varia ad nos perlata esse, praecipue Serenissimum Regem Angliae[1], Dominum et affinem nostrum observandissimum, non levibus adversae fortunae casibus agitatum, eoque cum quibusdam Angliae proceribus rem redactam esse, quod graviter et quidem poena capitali in eos animadversum sit. Quae sane cognitu nobis fuerunt minime iucunda, cum quod Serenissimam Regiam Dignitatem, cui omnia fausta ac felicia ex animo precamur, eiusmodi molestiis occupatam fuisse dolenter ferimus, [*f. 518*] tum quod alios quoque, in quos tam severe animadversum esse dicitur, eam calamitatem non fovemus[a], ut taceamus de bellorum tumultibus subinde in Germania, Galliis aliisque regionibus exortis, quibus et contagio pestis accessit. Quorum tamen omnium, utut se habent, certiora Reverendum Generositatem Vestram nobis habere non dubitamus.

Nos quoque his in partibus non minoribus distenti gravaminibus, omnino liberi ac tuti a fortunae iniquitate esse non potuimus. Tales enim theologorum nostrorum[b] de articulo iustitiae et iustificationis disceptationes ortae sunt, ut cum omni studio summa curaque in hoc[c] invigilaremus, quo dissidium illud sopire conciliationemque dogmatis[d] instituere potuissemus, nihil a nobis profectum sit, ut insuper etiam aliarum ecclesiarum iudicia requirere[e] coacti simus[f]. Et quamquam ex iis praeter opinionem nonnullorum[g] censurae et confutationes ad nos pervenerunt, attamen eam nos sententiam, concordiae viam, quae nobis a theologis Illustrissimi Ducis Wirthembergensis[2], hoc saeculo praecipuis, monstrata fuit, quamque prae ceteris Sacrae Scripturae magis consentaneam ac ex instinctu Spiritus Sancti profectam esse non dubitamus, arripuimus, eaque ratione contentiones ac rixas illas opprimere et animos theologorum nostrorum distractos conciliare eosque concordes reddere studuimus. Verum quam frustra laboraverimus, eaque omnia in deteriorem partem a nobis accipiantur, quamquam diabolus insidiis ac technis suis ita, ut solet, ecclesias nostras perturbare animosque subditorum nostrorum exulceratos magis irritare non desinat, id Reverenda Generositas Vestra ex praesentium latore, ubi ei de iis cum Reverenda Generositate Vestra conferendi facultas dabitur, latius cognoscere atque totius negotii processum, [*f. 519*] quo pacto nostrorum theologorum dissensiones conciliare easque rixas, semotis odiis ac extinctis privatorum affectuum livoribus, penitus sopire, Ecclesiaeque tranquillitatem restaurare constituimus, quales ipsis concordiae articulos exhibuimus, quaeque tandem ministris Ecclesiae, ne scandala maiora excrescerent, mandaverimus, ex adiuncto exemplari, quod typis excudi curavimus, fusius percipere poterit. In quo si quid praetermissum, aut a nobis non satis intellectum vel erratum fuerit, clementer petimus, Reverenda Generositas Vestra in eo sententiam animi sui declarare ac si quid, quod ecclesiarum nostrarum concordiam conducere possit, habuerit, quidque factu opus esse iudicet, nobis communicare necnon ecclesiarum Anglicarum et Serenissimi Regis Angliae statum, cuius Serenissimam Regiam Dignitatem nostro nomine quam officiosissime salutari eique studia nostra deferri, omniumque rerum felicissimos successus pro voto precari cupimus, praecipue autem, quo in cardine res Reverendae Generositatis Vestrae versentur, quantum licet, nobis perscribere ne gravetur.

Ceterum Reverendam Generositatem Vestram maximopere rogatam habemus, ea praesentium exhibitorem, cuius fidem et integritatem Reverendae Generositati Vestrae satis perspectam esse non dubitamus, sibi commendatum eique in iis, quae Reverendae Generositati Vestrae referet, fidem [*f. 520*] habere ac nostro nomine auxilio esse velit, quo negotia sua melius expedire possit, hancque intercessionem nostram apud Reverendam Generositatem Vestram pondus habuisse sentiat. Factura in eo rem nobis gratissimam mutuaque benevolentia vicissim compensandam. Ac exhibitor iste id studiis officiisque suis sedulo demereri conabitur etc. Datae Regio Monte.

Ex commissione Principis propria
Idem audivit legere et placuit.

a) *in ms.* favemus
b) *in ms.* nostrum
c) *in ms.* hac
d) *in ms.* dognatis
e) *in ms.* require
f) *in ms.* sumus
g) *in ms.* nonnullarum
1) *Eduardus VI.*
2) *Christophorus.*

*N. 3905.*

*E Regio Monte, 10.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*de legatione Nicolai Radziwiłł in Bavariam in causa regis matrimoniali melius edoceri cupit; scribit novitates de pontifice et de Turcarum in Hungaria et Austria conatibus.*
*Autogr.*
*HBA, B, K. 1175.*

Edler, wolgeborner, grosmogender, gunstiger, geliebter freund und bruder.

Nach wunschung gotlicher gnaden, ewiger und zeitlicher wolfart, langwiricher gesuntheit und freuntwilligem erbiten habe ich nicht ünterlassen wollen, das ein gemeine kaufmansrede auskumet, als solle k.mt., unsser gnedi[g]ster herr, seine botschaft, den herren Radiwil[1], bey Beyren gehabt haben, versuchent sein swester[2] u.g.h. zu ferehelichen. Es sollen aber der herr ein abschlegiche antwort geben haben, und das aus rat und anhalten ro.key. und ku. magestetten; welches alles mihr swerlichen zu glauben, und im fal, ab es also trewlichen und herczlich misfile, das ichs aber swerlich glauben kunne, ursachet mich, das es schir unmuglich, das der her Radiwil, mein freunt, so pald hinnens kumen solt sein und dy antwort wider herreiner so zeitlich gereichen.

Bitte aber gancz freuntlich, wollet mich doch, sofyl mihr gepuren wille zu wissen, E.L. wollen mich vorgewisen, was mihr zu glauben. Den wo dem also, muste ich mich besorgen, das in Cronen handel von euch mihr vertrawet, wo nicht auch genczlicher abschlag, doch verzugerung der welt prauch nach volgen mochte; welches mihr noch fyl leider, den dardurch wurde k.mt. und der loblichen Cron nicht cleiner nachtheil zu ervolgen ver-

mutlich sein, und were bereit besser s.k.mt. der Kron zu wolfart bereit sich verenderten. Solt man auch also hinter seiner mt. und der loblichen Kron hergehen und betrugen wollen, zweifel ich nicht, das k.mt. aus irem von Got hochferlyhen verstande und E.L. neben andern k.mt. getrewen werden vorbedacht haben, wy solchen untrewen, sovern si verhanden, mochte geraten werden, k.mt. und loblichen Kron notdorft auch bedacht, und were immer mehr zu raten, das sich k.mt. auf und vor zihen lasse, den der verzug schaden bringen mochte.

Habe E.L. ich gancz vertrewlicher unsser beider bruderlichen verwantnus nach wolmeynung nicht pergen kunnen, sollen noch wollen, nicht zweifelnt, E.L. werden solchs auch vertrewlich bey ir vorhalten, und ab newe zeitung bey derselben, mihr mitdeylen, den hie so unglaubliche zeitung von Romb und dem babst[3] ausgehen, als sol Rom eingenumen, der babst gefangen sein. Item das der Turck[4] mit gewalt in Hungern schicken solle, sich vor Wihn zu lagern. Dem ich doch allem swerlich glauben kan. Auch hat der geborn kurfurst sein botschaft bey mihr, den zwispalt der gelerten zu fereinigen. Darzu Got sein gnade gebe. Amen.

Befele euch gotlicher gnaden und nach Got mich euch, meinem lieben bruder, den ich freuntlich bitte, meiner kegen k.mt. bruderlicher vorderer sein wollen und mit besten gedencken. Das verdine ich widerumb bruderlich, warin mihr muglich. Datis Kunigspurgk den 10 Aprilis anno 1553.

E.L. getrewer bruder
Albrecht der elter marggraff, in Preussen etc.
herczog etc.

*In dorso alia manu:* Magnifico ac Generoso, amico singulariter nobis dilecto, Domino Ioanni Ocieski, Regni Poloniae Supremo Cancellario, Succamerario et Burggrabio Cracoviensi, Sandecensi Ostinersique[z)] Capitaneo.

*Item alia manu:* Ist nitt uberschicket.

z) *sic in ms.* (*recte:* Olstinensique).
1) *Nicolaus Radziwiłł «Niger».*
2) *Mathildis, soror Alberti V ducis Bavariae.*
3) *Iulius III.*
4) *Solimanus II.*

*N. 3906.*

*E Regio Monte, 10.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
"Ioanni Marschalco, capitaneo in Oza"
*nuntiat se capitaneo suo Insterburgensi mandasse, ut in causa homicidii, a quodam subdito suo districtus Insterburgensis* "in terminis S. Regiae Maiestatis Poloniae, qui vocantur Pereresel", *perpetrati, iustitiam administraret et homicidam meritis poenis afficeret.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 520-521.*

*N. 3907.*

*E Regio Monte, 10.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*pro Alexandro Sculteti [canonico Varmiensi] intercedit, ut causam eius apud regem promoveat, quo salvum conductum obtinere possit.*
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 177v-178.*

An Gabrieln Therla, den 10 Aprilis.

Edler und ernvhester, besonder lieber.

Ir wisset euch zu erinnern, was wir vormals an euch in gnaden gesonnen bey ko.mt. zu Polan, unserm gnedigen hern und freundtlichen lieben oheimen etc., umb das geldt[a], domit ire ko.mt. ehrn Allexandrum Sculteti gegen uns in gnaden vertrostet, anregung zu thun. Und ob (*f. 178*) wir wol uns allen bescheidt, so ir hirauf von ko.mt. erlanget, schriftlichen zu erkennen geben, so ist doch nichts entlich darauf erfolget. Derwegen wir verursacht, euch abermals schriftlichen zu ersuchen, in gnaden sinnende, ir wollet bey ko.mt. weither derhalben zu sollicitiren nicht nachlassen, sonder ir ko.mt. irer gnedigsten zusagung gegen uns undertheniglichen erinnern in bedencken, weil wir die gnedigste vertrostung albereit gedachtem ehrn Allexandro Sculteti zuschreiben lassen, es wurde uns nicht zu geringem schimpf gedeyhen, do derselben gnedigsten zusagung nicht solte wirckliche folge gescheen. Wollen uns aber zu ko.mt. als unserm gnedigen freundtlichen lieben hern und oheimen nichts anders vorsehen, dan ire ko.mt. werden uns solchen schimpf nicht gonnen, auch gnedigst erwegen, was irer ko.mt. landen und leuthen daran gelegen, das ehr Allexander Schulteti alhie ins landt vorgleitet, wie wir dan solchs mit irer ko.mt. mundtlich weitleuftiger abgeredet, und one zweifel sich ir mt. wurde gnedigst zu erinnern wissen. Und seindt solchs gegen ewer person mit besondern gnaden zu beschulden gantz geneigt. Datum Ko[nigsberg] ut supra.

Doctor Jonas
dictavit Alb. Hack.

a) *error pro:* gleidt?

*N. 3908.*

*S.l., 10.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*de oratore Valachico nondum expedito et de scissione in Comitiis Cracoviensibus facta se hactenus nihil a Regni cancellario accepisse nuntiat; de exiguo fructu in Comitiis hucusque obtento dolet; Andream Muntzer, legatum suum ad regem missum, commendat.*
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 178v-179v.*

An her Terlen, den 10 Aprilis anno 1553.

Wir haben ewer schreiben, zu Krackaw dinstags fur Judica datirt, desgleichen den brif, welchen ir uns von der ko.mt. zu Polan, unserm g.h. und freundtlichen lieben oheimen, ubersandt, empfangen, auch alsbaldt denselbigen brif an geburende orth bestellet.

Was dan ferner ewer schreiben angehet, thun wir uns der ubersanthen copien mit besondern g[nade]n bedancken, sol auch mit solchem inhalts ewers dieners schreiben gebaret werden.

Das der wallachische bott nicht abgefertiget und derwegen teglichs zu rath gangen wirt, auch der rathschlag in dem spaltig, das durch etzliche wenige widerrathen, von meisten theil aber gerathen wirdt, haben wir von unserm freunde, dem grosscantzler[1]), bishero noch nichts empfangen. Begeren demnach gantz gnediglichen, ir wollet uns disfals, soviel zimblichen, mittheilen.

Als ir weiter meldet, das sich der reichstag fur Ostern enden wurde, auch nichts sonderlichs ausgericht, [*f. 179*] dasselbe sehen wir warlichen gantz ungerne, dan villeicht zwispaldt darzu ein gross ursach sein kan. So ist gewisse und am tage offenwhar, das durch zwispalth der ko.mt. und loblichen Cron nun nicht gefordert, darumb bitten wir den allerhochisten lieben Gott, ehr wolle durch gnade seines heyligen geistes alle ding zu ruhe der ko.mt. und loblichen Kron besten schicken. Hoffen auch, es solle der tagk nach lenger weren, und etzwas nutzliches geschlossen werden.

Und wollen von euch, wess der steuer halben zum krige beschlossen wirdt, ferner erofnung gewarten.

Da wir auch euere vorige schreiben bey unserm diener Tetzinssky bekommen, werdet ir numehr aus unserer beantworthung verstanden haben.

Aus dem sondern zedel eweres schreibens haben wir verstanden, das des ro[mischen] konigs[2]) potschaft gegen hoff geholet, und wes for ursachen irer abfertigung, aus dem antragen vormerckt worden; in dem fahl wollen wir auch dessen erwarten, so ir euch erbothen.

In gleichem warten wir auch der beschloss in dem, was das heimlich besehen, und wess die bothen heimlich handlen sollen, angehet. Beschlisslich begeren wir mit gnaden, ir wollet euch unsern diener und secretarien, Andream Muntzer, lassen bevholen sein und befordern helfen, das ehr schleunig moge abgefertiget werden, auch unser jhargeldt, das uf Ostern vorschienen gefallen sollen, bekommen mugen, und wo etzwas weiter von zeitungen vorfellet, [*f. 179v*] uns solchs mittheilen. Das seindt wir gnediglich abzunhemen gewogen etc.

And. Brach.

1) *Ioannes Ocieski.*
2) *Ferdinandus I.*

*N. 3909.*

*E Regio Monte, 18.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*de causa subditi palatini Marienburgensis, de Willenberg.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 521-523.*

Regi Poloniae, XVIII Aprilis.
Pro subdito Palatini Marienburgensis[1], de Willenberg.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Tametsi praeterito anno de mense Decembri ad S. Regiam Vestram [Maiestatem] scripserim in causa subditi cuiusdam Magnifici Domini Palatini Marienburgensis, quibus in literis officiosissime petii, ut quoniam literae plenipotentes, quas dictus Palatini subditus, de Willenbergk nuncupatus, suo procuratori Vilnae tum temporis existenti miserat, per incuriam perditae essent, S. Regia Maiestas Vestra clementer meo nomine daret operam, ne ea res misero illi fraudi esset, verum ut potius denuo de toto negotio [*f. 522*] cognoscendum curaret, tamen cum iterum a me intercessorias literas ad S. Regiam Maiestatem Vestram dicti Palatini subditus flagitaret, non potui hoc illi enixe petenti denegare. Quapropter cum aequitati consentaneum non sit, ut is ipse de Willenberg, propter hanc suam absentiam (praesertim cum plenipotentem procuratorem per literas, quae casu fortuito amissae sunt, constituerit) in contumaciam condemnatus, causa confestim cadat et bonis suis carere cogatur, vehementer etiam atque etiam subdite oro, S. Regia Maiestas Vestra dictum subditum Palatini Marienburgensis in integrum restituere faciat ac denuo usitato iuris ordine procedere causamque legitime diiudicare mandet, ut veritas tandem patefiat. Constat siquidem eam villam, de qua lis est, a multis iam inde annis censum solvisse ac operas rusticas fecisse, ut verisimile non sit eam olim sedem alicuius nobilis fuisse, praecipue cum de ea ipsa familia, quibus eadem villa initio collata fuit, superstites adhuc aliqui hodie existant.

Praeterea cum Dominus Palatinus Marienburgensis in hac ipsa causa a S. Regiae Maiestatis Vestrae senatoribus sententiam pro se suoque subdito Gedani obtinuerit, non spero eandem a S. Regia Maiestate Vestra per frivolam istam contumaciam eversam iri. Quare iterum subiectissime oro, S. Regia Maiestas Vestra subdita et promptissima servitia dicti Domini Palatini suorumque maiorum erga inclytos Poloniae Reges clementer considerare dignetur ac mediante etiam hac mea intercessione efficere, ut suae petitionis compos una cum subdito suo reddatur. Id erga S. Regiam Maiestatem Vestram quibus possum officiorum generibus sedulo ac subdite promereri studebo, non dubitans dictum Dominum [*f. 523*] Palatinum cum suo subdito debitis servitiis et grata animorum recordatione compensaturum. Quam Christo Optimo Maximo etc. Datae Konigsperg.

Ex commissione Cancellarii
C.S.

1) *Achatius Czema.*

*N. 3910.*

*E Regio Monte, 18.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro Michaele Sperling, homicidii accusato, intercedit et rogat, ut ei clementiam exhibere et salvum conductum concedere dignetur,* «quo se coram purgare et innocentiam suam de admisso homicidio patefacere queat».

*Cfr. El. XXXI, N. 596.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 523-524.*

## *N. 3911.*

*E Regio Monte, 18.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*pro palatini Marienburgensis [Achatii Czema] subdito de Willenberg (cfr. N. 3909).*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 524-525.*

## *N. 3912.*

*E Regio Monte, 25.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*de matrimonio regis cum ducissa Mantuae ineundo gratulatur et nuntiat se ad constitutum diem ad nuptias cohonestandas praesto fore.*
*Cfr. El. XXXI, N. 592.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 525-526.*

Regi Poloniae, XXV Aprilis.
Gratulatur de novo connubio cum Ducissa Mantuae[1], scribitque se ad diem nuptiis dictum affuturum S. Regiae Maiestati.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

S. Regiae Maiestatis Vestrae literas, Cracoviae X die Aprilis datas, hodie, hoc est 25[a] eiusdem mensis, accepi. Ex quibus magnam sane voluptatem percepi, quod intellexi S. Regiam Maiestatem Vestram de ineundo iterum matrimonio certiorem factam. Itaque S. Regiae Maiestati Vestrae de hoc honestissimo connubio cum Illustrissima Mantuae Ducissa iungendo maximopere gratulor, Deum Optimum Maximum suppliciter petens, is tam S. Regiae Maiestati Vestrae totique Poloniae Regno, quam ipsi etiam Illustrissimae sponsae, felix, faustum et fortunatum hoc connubium esse velit, faxitque, ut quod feliciter inchoatum est, felicissime perficiatur ac terminetur. Quoniam autem S. Regia Maiestas Vestra me una cum coniuge mea[2] ad nuptias, quae 2 die Iulii constitutae sunt, [*f. 526*] invitat rogatque, ut praesentia mea eam nuptiarum solennitatem honestare velim, equidem optarim dilectissimam coniugem meam eo loco ac conditione esse, ut una mecum ei solennitati interesse commode queat, verum S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quod dicta mea coniunx hoc tempore, divina mediante gratia et benignitate, gravida et vicina quodammodo partui est, sic ut speret se circa constitutum nuptiarum tempus aut[b] citra etiam, divino auxilio accedente, liberatam iri. Quod ut Deus, aeternus ac benignissimus pater, clementer faxit, supplici ipsum prece fatigare nunquam desino.

Quod ad meam autem personam attinet, cum S. Regiae Maiestati Vestrae in omnibus rebus, quae ad honorem et commodum eiusdem spectare sciam, semper sim addictissimus, non permittam, si quidem per valetudinem et meam et coniugis meae ullo modo potero, quin S. Regiae Maiestati Vestrae ad dictum et constitutum diem praesto sim futurus. Quibu-

scumque enim in rebus S. Regiae Maiestati Vestrae officia mea subdita praestare possum, non patiar in me quicquam desiderari. Deus omnipotens S. Regiam Maiestatem Vestram salvam, felicem, incolumem et florentem pro gloria nominis sui amplificanda et pro commodo totius inclyti Regni augendo diutissime conservare dignetur. Cui me meaque omnia subiectissime commendo. Ex Regio Monte.

Princeps audivit legere
Relatio Cancellarii.
C.S.

a) *in margine.*
b) *correctum ex:* et
1) *Catharina Austriaca, vidua Francisci III ducis Mantuae.*
2) *Anna Maria.*

*N. 3913.*

*E Regio Monte, 27.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Caio de Wiraille, regis Galliae oratori,*
*notum facit se responsum regium ad litteras eius Augusto duci Saxoniae transmisisse, ut id ei perferendum curaret; de matrimonio regis Poloniae cum ducissa Mantuae ineundo nuntiat; petit, ut se regi Galliae commendet.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 527-528.*

Cayo de Wirall, XXVII Aprilis.
Gratulatur illius valetudini et scribit se responsum Regis Poloniae ad Ducem Saxoniae Augustum misisse, ut ab illo perferendum ei curaretur. Petit, ut nova perscribat, et cuperet coram de plerisque cum eo conferre. Petit postremo Regi suo[1] commendari.

Salutem et gratiam nostram.
Nobilis ac Generose, sincere nobis dilecte.
Cum hic familiaris vester Germanus in patriam rediturus esset, eumque ad vos, Deo iuvante, venturum arbitraremur, facere non potuimus, quin vos literis nostris inviseremus. Quapropter si vos una cum inclyto Rege et Domino vestro Serenissimo bene feliciterque valetis, est quod Deo agamus gratias. Nos quidem pro temporis huius aetatisque nostrae ratione una cum coniuge[2] et filiabus[3] nostris dilectissimis valetudine sic satis prospera utimur. Deus Optimus Maximus faxit eam pro sua clementi voluntate ex omni parte diuturnam.

Ceterum non dubitamus vos ad eas literas, quas elapso tempore S. Regiae Maiestati Poloniae scripsistis, responsum obtinuisse. Nos enim ut primum id responsi ex Polonia accepimus, confestim Illustrissimo Duci Saxoniae, Domino Augusto, transmisimus, ut porro vobis perferendas curaret. Quod quidem iam factum esse persuasum habemus, neque enim alia commodior nobis mittendi via hoc tempore patebat. Quoniam autem tandiu nihil a vobis literarum accepimus, clementer postulamus, ut nobis statum rerum istic vestrarum aliquando perscribere, et si quae nova sunt, communicare dignemini. Intelleximus etiam ea omnia, de quibus cum hic

essetis, coram [*f. 528*] colloquebamur, in nihilum redacta esse. Verum id omne Deo temporique committendum putamus.

Nova, si quae hic essent, libenter vobis perscriberemus. Verum quod cognitione dignum esset, hic nihil est, nisi quod Serenissimus Poloniae Rex, Dominus noster clementissimus, de ineundo iterum matrimonio cogitat. Est enim Suae Maiestati Illustrissima Ducissa Mantuae, S. Regis Romanorum filia[4], desponsata, nuptiisque constitutus est dies ad secundum futuri mensis Iulii diem. Deus faxit, ut utrisque hoc connubii bene feliciterque eveniat. Quo in statu sint hoc tempore res Germanorum, vos haud dubie melius quam nos novistis, quare de eo scribere supersedemus. Optaremus autem una atque altera dumtaxat hora nobis licere vobiscum de his atque aliis negotiis colloqui, cum literis credenda non satis tutum videatur.

Extremo clementer a vobis petimus, ut studia nostra prompta et parata Regi vestro deferatis, nosque ad eius Maiestatem per oportunitatem accurate commendare non gravemini. Hoc nobis gratissimum feceritis, quod clementia nostra vicissim compensandum veniet. Bene valeat etc. Datae Regio Monte.

Commissio Principis propria
C.S.

1) *Henricus II.*

2) *Anna Maria.*

3) *Anna Sophia et Elisabeth.*

4) *Catharina, filia Ferdinandi I, vidua Francisci III ducis Mantuae.*

*N. 3914.*

*E Regio Monte, 28.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*de futuro regis matrimonio gratulatur et omnia fausta ac felicia regi a Deo exoptat; de tempore et loco nuptiarum certior fieri cupit, ut se in persona ad eas cohonestandas conferre possit; pro novis missis gratias agit et aliquot nova ex Germania vicissim perscribit.*

*(Schedula: rogat, ut se edoceat, quomodo regis desideriis maxime satisfacere possit).*

*Cfr. El. XLIII, N. 131.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 179v-181.*

An her Terlen, den 28 Aprilis anno 53[a].

Edler und erenvhester, besonder lieber.

Wir haben ewer schreiben, den 10 Aprilis zu Krackaw ausgangen, den 25 desselben alhie zu Konigspergk bekhommen, und daraus wess ir uns der ko.mt. zu Polan etc., unsers g$^{n}$ hern und freundtlichen lieben oheimens, vorheiratung[1] halben vormeldet, verstanden. Nun wunschen wir erstlichen zu solchem Gottis gnedigen segen und bitten mit hertzlichem fleisse, derselbe wolle ire ko.mt. sampt derselben ko. gemahl in freuden lassen zusamenkomen, sie mit seinem gotlichen segen also segnen, darob beden iren ko.mt. viel lob und rhumb, auch neben der loblichen Chron alle zeitliche

und ewige wolfart dardurch widerfharen und ire mt. zu langen zeiten in loblichem ruigem regiment beyeinander leben und regiren mogen. Und konnen euch hinwider gnediglichen nicht vorhalten, [*f. 180*] das uns hochermelthe ko.mt. solchen beschlossenen heirathandel auch vormeldet, und uns dabey den tagk des koniglichen beylagers als den 2 Julii namhaftig angezeigt, mit angeheftem sinnen, wir solche ko. ehefreuden irer mt. zun ehren, neben der cum titulo unser geliebten gemahl[2], besuchen wolten. Sollen es ire ko.mt. gewiss dafur halten, das wir in dem irer ko.mt. willen, soviel in kurtze der zeit immer beschafft werden kan, erfullen mugen.

Wollen euch aber dabey in gnaden nicht pergen, das der liebe Gott abermals hochermelte unsere geliebte gemahl mit seinem gnedigen segen heimgesucht, das also ire l. itzo teglich fast alle stunden der gnaden Gottis und entbindung irer freulichen burden (darzu der liebe Gott ferner seine hulf und segen zu geben geruhe) gewarthet. Darumb i.l. aus solcher ehehaft billich entschuldiget werden. Und wiewol uns, als ermeldet, hoch gedachte ko.mt. zu solchem ko. beylager erfordern, haben doch ire ko.mt. keine stelle, wo das beylager gehalten werden, oder wo wir bey irer mt. erscheinen sollen, ernennet. So wir aber aus ewerm schreiben vorstehen, das entweder zu Breslaw oder Ulmitz die stelle vermuthlich sein werde, und unsere notturft erfordert, das wir solchs dannoch zeitlichen wissen, auch wie, wasser gestaldt und sonderlich uf welche stelle die ko.mt. begeren, das wir kommen sollen, [*f. 180v*] domit wir irer mt. so viel mher unseren schuldigen pflichten nach dienen mogen, so begeren wir gantz gnediglichen, ir wollet euch desselben mit fleiss erkundigen und uns darinnen forderlich mit dem allerschleunigsten claren bericht thun, damit wir uns darnach zu achten haben mugen.

Ferner thun wir uns der mitgeteilten zeitung in gnaden bedancken, und wolden euch gerne hinwidderumb gnedige erofnung thun, wie unsers vettern marg. Albrechts sachen gelegen, so haben wir doch davon keinen gewissen bericht, allein was durch kaufleuthe und andere gesagt wirdt. Ist auch wol an uns gelanget, als solten s.l. die von Nurnberg und bischoff [von] Bamberg[3] und Wirtzburgk[4] in grossen unfriden gegeneinander stehen, auch algereit in anzugen und angriffen gegeneinander sein. Wie uns dan unser diener einer, den wir in etzlichen unseren gescheften zu Nurnberg gehabt, berichtet, das die sage gewesen, als solle m. Alb[recht] Forcheim dem bischoffe vom Bamberg zustendig belagern wollen, hette auch etzliche schusse [*f. 181*] gehoret, und lassen sich etzliche auch vornhemen, als wolten die Nurnberger unserm vettern ein haus Beiersdorf und ein stedtlein Orlingen genandt, welche in der strassen zwischen Nurnberg und Pamberg liegen, einzunemen vorhabens sein. So ligen auch zwei heuser uffem gebirg, eins Streitburg unserm vettern, das ander, Hoeneck genandt, dem bischoff zustendig gegeneinander also, das sie mit eyner schlangen zusamen reichen konnen, do dan wol ehemals einer dem andern ein kurtzweil schus geschenckt. Ob nun das schissen ethwan an der enden einem gescheen, konnen wir nicht wissen. Damit wir aber der dinge gewisse erfarung erlangen, haben wir an unsern vettern geschrieben, nicht zweifelnde, s.l. uns alle gelegenheit vormelden werde. Wess wir dan bekhommen, wollen wir euch in gnaden teilhaftig machen. Und wolten euch solchs etc. Datum ut supra.

Cedula

In sonderheit begeren wir gnediglichen, ir wollet allen fleiss anwenden, domit ir erkundigen moget, wie wir der ko.mt. am meisten zu gefallen

und ehren nach willen erscheinen und dienen konthen, uns solchs mit dem eilendsten unserer gnedigen zuvorsicht nach eroffnen; solle, soviel die eile und kurtze der zeit immer nit vorhindert, an uns kein mangel erscheinen, dan irer mt. nach vermugen zu dienen, seindt wir begirig und geneigt. Datum ut in litteris etc.

Bal[thasar] Gans Secretarius

a) *in ms. per errorem:* 54

1) *matrimonium cum Catharina, filia Ferdinandi I regis Romanorum, vidua Francisci III ducis Mantuae.*

2) *Anna Maria.*

3) *Vigandus de Redwitz.*

4) *Melchior Zobel, ep. Herbipolensis (Würzburgensis).*

## *N. 3915.*

*E Regio Monte, 30.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*de filio sibi nato eam certiorem reddit et rogat, ut ad baptismatis fontem vel ipsa in persona, vel per aliam personam vicariam eum admovere velit.*

*Cfr. El. XXXI, N. 595.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 528-530.*

Reginae Poloniae, XXX Aprilis.
Nuntiat sibi filium esse natum[1]) petitque, ut S. Reginalis Maiestas Sua ad sacrum baptismatis fontem eum admovere iuvet, vel illud, quod commatrem facere convenit, per vicariam personam procuret.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Cum Christus Optimus Maximus me meamque dilectissimam [*f. 529*] coniugem[a)] [2)] nova prole mascula auxerit atque exhilararit, pro quo quidem laetissimo dono divinae ipsius clementiae immortales ago gratias agamque, dum vivam, indesinenter, visum mihi fuit hanc primum laetitiam Serenissimae Reginali Vestrae Maiestati subdite communicare, ut de partu atque puero amabiliter et clementer mecum et cum coniuge mea gratularetur. Deinde cum statuerim eundem filiolum meum divina mediante gratia primo quoque tempore ad sacrum baptismatis fontem admovere, Serenissimam Reginalem Maiestatem Vestram subiectissime etiam atque etiam oro et obtestor, ut huic celebritati clementer adesse, meumque et uxoris meae editum filium ad lavacrum baptismatis, per quod Christo initiandus est, admovere, eaque agere et perficere dignetur, agenda-ve per vicariam personam curet, quae agi consuevere in eiusmodi celebritate ab iis, qui compatrum nomine vocantur. Quoniam autem propter infantium imbecillitatem non raro fit, ut cogantur interdum parentes citius baptisare pueros, quam statuerunt, ne protractione temporis aeterna eorum salus (quod Deus avertat) negligatur, itaque Serenissimae Reginalis Vestrae Maiestatis loco aliam idoneam personam constitui, quae nomine eiusdem Maiestatis Vestrae, si qua forte, quod absit, inciderit necessitas, ea, quae agenda in tali celebritate sunt, agat, ea tamen [*f. 530*] conditione, ut nihi-

lominus S. Reginalem Maiestatem Vestram pro commatre mea colendissima semper sim habiturus. Cui etiam hoc nomine gratias agam perpetuas et immortales. Extremo S. Reginalem Maiestatem Vestram Deo omnipotenti salvam, incolumem et florentem longis temporibus conservandam commendo, me meaque omnia eidem Reginali Vestrae Maiestati subdite committens. Ex Monte Regio.

Cancellarius audivit
C.S.

a) *in margine expunctum:* heri circiter horam octavam

1) *Albertus Fridericus.*

2) *Anna Maria.*

*N. 3916.*

*Neuhausen, 30.IV.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*filium sibi natum esse nuntiat et se excusat, quod ob locorum distantiam aliasque causas regem in compatrem non vocat; regi etiam filium masculum a Deo dari exoptat; filiolum suum patrocinio et tutelae regiae committit.*

*Cfr. El. XXXI, N. 598.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 530-532.*

Regi Poloniae, XXX Aprilis.
Scribit sibi filium natum esse[1] et excusat se, quod propter loci distantiam et alias causas S. Regiam Maiestatem Suam in compatrem non vocat. Commendat Maiestatis Suae tutelae et fidei eundem filiolum.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Cum Christus Optimus Maximus, qui pro divina sua benignitate fidelium suorum preces nunquam irritas et inanes esse permittit, me meamque dilectissimam coniugem[2] hesterna vespera circiter horam VIII nova prole mascula auxerit atque exhilararit, qua de re maximas illi et immortales ago gratias, facere non potui, quin hanc laetitiam, qua mens mea mirifice diffluit, S. Regiae Maiestati Vestrae communicarem, non dubitans eandem mecum et cum coniuge mea de eo partu atque puero clementer gratulaturam, praesertim cum intelligat S. Regia Maiestas Vestra eiusdem votum, quod exacto tempore bene precando hic coram fecerat, nunc divinitus impletum esse. Cum autem eundem filiolum meum et S. Regiae Maiestatis Vestrae servitorem, quem Deus omnipotens diu superstitem esse velit, divina mediante gratia, primo quoque tempore ad sacrum baptismatis fontem admovere statuerim, [*f. 531*] considerando ingens animae periculum, quod hinc oriri interdum solet, si infantem sine baptismatis lotione, quod Deus clementer avertat, decedere contingat, et quanquam res ipsa quidem postulare videbatur, ut S. Regiam Maiestatem Vestram, ut christianissimum Regem et Dominum meum clementissimum, quem prae omnibus aliis compatrem habere cupivi, ad eam baptismatis celebritatem subdite

rogarem, tamen cum et propter locorum distantiam, et propter enumeratum periculum, quod ex infantium imbecillitate nonnumquam oritur, omnino necessitate adducar et christiana doctrina quodammodo cogar, ut infantem celerius ad baptismum admovendum curem, fit, ut S. Regiam Maiestatem Vestram, vel contra voluntatem meam, hac vice praeterire necesse habeam.

Itaque vehementer etiam atque etiam subiectissime peto, ne in malam mihi partem S. Regia Maiestas interpretari hoc ipsum velit. Ego enim hunc ipsum meum filium in tutelam et clementissimum S. Regiae Maiestatis Vestrae patrocinium totum trado, eamque enixe oro, ut eundem sibi commendatum habeat, verusque sit et maneat illi pater ac tutor perpetuo. Quemadmodum ipsum quoque, si vita suppeditabit, diligenter, Deo dante, ad fidem, oboedientiam et officia S. Regiae Maiestati Vestrae subdite praestanda assuefaciendum curabo. Illud autem a Deo Optimo Maximo nunc suppliciter et indesinenter peto, ut quemadmodum S. Regiae Maiestati Vestrae proprium nunc servitorem, dato mihi [*f. 532*] hoc filio, concessit, ita clementer faxit, ut Illustrissima S. Regiae Maiestatis Vestrae sponsa[3], iusto a celebratis nuptiis tempore feliciter concipiens, eandem Regiam Maiestatem Vestram simili prole, iisque compluribus egregiis et diutissime superstitibus Principibus parentem faciat, pro commodo totius inclyti Regni et pro mea meorumque omnium fidelium subditorum salute, ita sane, ut eos ipsos Principes in regio collocatos solio, paternam et avitam gloriam adeptos, magno cum gaudio cernere et cum admiratione venerari liceat. Faxitque benignissimus Deus, ut filiolus meus in servitio dictorum Principum, qui a S. Regia Maiestate Vestra Christo auspice orientur, educatus edoctusque, eadem illis fide, subiectione et officiis, meum imitatus exemplum, semper et undique praesto esse possit. Quod ut clementissimus Deus ratum esse velit, etiam atque etiam humiliter vota facio, ac tandem Vestrae S. Regiae Maiestati omnia mea summa, quae possum praestare, officia defero. Quam Christo servatori longis temporibus salvam, incolumem et florentem conservandam committo. Ex Nova Domo etc.

Ex commissione Principis propria
Const[antinus].

1) *Albertus Fridericus.*
2) *Anna Maria.*
3) *Catharina.*

*N. 3917.*

*S.l. [30.IV.1553].*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*de filio [Alberto Friderico] hesterno die sibi nato magno cum gaudio nuntiat; de regis matrimonio cum Catharina Austriaca ineundo gaudet.*
*(Germanice)*
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 181v-182.*

N. 3918.

E Regio Monte, 10.V.1553.

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*pro studio in promovendis negotiis suis adhibito gratias agit et rogat, ut eadem negotia porro etiam expediri adiuvet; petit praeterea, ut litteras a rege impetret, quarum auctoritate in itinere suo ad nuptias regias de commodis hospitiis sibi provideatur.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 532-533.*

Ioanni Ozieski, Regni Poloniae Cancellario, X Maii.
Agit gratias, quod negotia iuverit, quae Andreas Muncerus in mandatis habuit, petitque ea postero iuvari et literas sibi mitti pro commoditate hospitiorum et victualium in via ad S. Regiam Maiestatem.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

[*f.* 533] Quo studio quave diligentia Magnificentia Vestra negotia nostra iuverit promoveritque, tam ex literis Magnificentiae Vestrae, quam secretarii nostri Andreae Munceri relatione abunde satis intelleximus, ac vellemus quidem occasionem commodam nobis dari, qua hanc Magnificentiae Vestrae in nos benevolentiam, ut decet, vicissim demereri possimus. Quod vero secus nobis in aliquibus, quam sperabamus, responsum est, id tempori adscribendum existimamus, meliora ex spe per Magnificentiam Vestram nobis facta expectantes. Interea autem, dum itineri accingimur ad cohonestanda servitiis nostris nuptiarum S. Regiae Maiestatis solemnia, rogatam Magnificentiam Vestram habemus, ut pro veteri suo in nos amore ea, quae in adventum istuc nostrum reiecta sunt, iuvet, ut eo facilius, cum salvi volente Deo eo venerimus, sperata impetremus.

Ceterum et illud Magnificentiam Vestram rogatam habemus, ut apud S. Regiam Maiestatem literas impetret, quarum authoritate in hoc itinere de commodis et consuetis hospitiis, deinde et victualibus necessariis aere nostro solvendis nobis provideatur. In quibus omnibus cum de studio Magnificentiae in nos Vestrae propensissimo non dubitemus, ita gratitudinis nostrae declarationem vicissim testatam ei facere intermissuri non sumus. Quod superest, optamus Magnificentiam Vestram felicissime valere. Datae Regio Monte etc.

Commissio Principis propria

N. 3919.

Neuhausen, 10.V.1553.

*Albertus dux in Prussia*
*episcopo Vladislaviensi [Ioanni Drohojowski] et archiepiscopo Gnesnensi [Nicolao Dzierzgowski]*
*Cracoviam ad regis nuptias 2.VII. celebrandas per districtus eorum iter facturus petit, ut officialibus et praefectis suis illic locorum mandent, quo sibi* «commeatus et pabuli copiam pro pecunia et aequa solutione submi-

nistrandam et vendendam curent hospitiaque non gravatim praebeant».

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 537-538.*

*N. 3920.*

*Neuhausen, 10.V.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*gratias agit, quod de proceribus ad nuptias regis vocatis se certiorem fecerit; nuntiat se etiam aulicos suos secum esse adducturum, qui ludis hastatis occasione nuptiarum celebrandis interfuturi sint; litteras regias sibi impetrari petit, quarum auctoritate in ditionibus, per quas iter Cracoviam facturus est, res ad victum necessarias eo facilius sibi comparare possit; de palatini Ravensis filio marscalco suo in Poloniam venturo minitante queritur; de diligentia Andreae Muntzer in expediendis negotiis suis adhibita gaudet.*

*(Schedula I: nomina locorum, in quibus in itinere suo Cracoviam pernoctaturus est; II: de litteris eius, 25.IV. Cracovia datis, per Andream Muntzer sibi allatis).*

*Cfr. El. XLIII, NN. 132, 133.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 182-185.*

An Gabrieln Terla, den 10 May 1553.

Wir haben ewer schreiben, zu Krackaw den 24 Aprilis ausgangen, bekommen und notturftiglich verstanden. Thun uns derselben anzeigung aller umbstend und gelegenheit in gnaden gegen euch bedancken. Und wolten euch gern mit eigner handt widderumb beantwortet haben, es hat aber vieler geschefte und eile halben uf diessmahl nicht gescheen mogen. Begeren demnach gnediglich, [*f. 182v*] wollet uns ditzfals entschuldiget wissen, den wir auch diese vorschaffung gethan, obs gleich in unser cantzley geschrieben, das euch nichts daraus zu befharen. Und das ir uns erstlich anzeiget, wie das ko. beylager zu Krackaw sein solle, auch wess fur hoe personen vermutlich dahin kommen werden, darzu wunschen wir von dem lieben Gott gluck, heil und alle wolfart, den vatter aller gnaden bittende, ehr wolle gnediglich vorleihen, das alle hendel zu seinen ehren, dessgleichen zu nutz, gedey und aufwachs der loblichen Kron Polan und aller derselben eingeleibten landen gereichen moge.

Was belanget, das ko.mt. begeren, wir wolten etzliche hoffjunckern mitbringen, die sich irer ko.mt. zun ehren in stechen und rennen gebrauchen lassen, auch unsere renne- und stechzeuge mitnhemen, wiewol wir nun auf diesmahl wenig hofgesinde bei handen, dan der mhern theil ist in krigsgescheften ausser landes vorreiset, so wollen wir doch unsere renne- und stechezeuge vormittelst gottlicher hulfe zu unser ankunft mitbringen, dan worin wir ko.mt. zu gefallen sein konnen, sol an uns kein mangel gespuret werden. [*f. 183*] Gleichsfals wollen wir verschaffen, damit ewere rennezeuge durch unsern rustmeister auch mitgebracht.

Und dieweil dan ko.mt. begeren, das wir uns zu solcher hochzeitlichen freude begeben solten, so sein wir irer mt. zun ehren zu erscheinen, unan-

gesehen, das wir numher ein alter betagter tentzer, gantz wol geneigt. Dan worin wir s.ko.mt. als unserm g. hern und konige dienen konnen, erkennen wir uns, nach unserm vermogen zu thun, schuldig. Und gelanget demnach unser g[nedige]s begeren an euch, ir wollet uns uf ein 300 pferde ungevherlich, in alles mit reisigen und wagenpferden, herberge bestellen, da wir neben unsern rethen und dienern zimbliche bequemicheit haben mogen; den wir der ursach kegenwertigen zeiger zuvoraus geschickt, deme wir auch etzliche unsere wapen mitgegeben, uf das dieselben in den herbergen, so fur uns bestellet, angeschlagen wurden. Wollen auch in kurtz einen hernach verordnen, der uns allerlei notturft vor uns und unser mithabende gesinde und pferde einkeuffen solle.

Und sinthemal es dan zwischen hier und Crackaw itziger zeit nicht allein teuer, sonder auch allerlei notturft umbs geldt ubel zu bekhommen, so ist unser g[nedige]s sinnen an euch, ir wollet uns bey ko.mt. einen bevelchsbrif an alle und jde amptleuthe, durch welcher gebitte wir reisen mussen, wie ir aus inliegendem zeddel zu ersehen, zuwege bringen, darinnen bevolen, uns umb [*f. 183v*] unser geldt vitalia, futter und andere notturft zustehen zu lassen, dan one das wurden wir beschwerlich vort khommen.

Wir wollen euch auch gnediger meinung nicht vorhalten, das des hern woiwoiden von N. Ravski[1] son, welcher ein zeitlang alhie an unserm hove gewesen und sich mit spielen und ander leichtfertigkeit also gehalten, darob ehr von unserm obermarschalck[2], uf seines vaters eygen freundtliches schreiben und bitten, nicht unbillig freundtlicher meinung gestraft worden, sich etzlicher beschwerlicher dreuworte gegen gedachtem unserm marchalck vernemen habe lassen, er wolle sich neben seiner freundtschaft am marschalck, da ehr einmahl in Polan keme, wol wissen zu rechen und dergleichen. Weil dan zu bedencken, da solchs gescheen solte, das es allerlei weiterung geben wurde, welchs nicht allein inen, sondern auch ko.mt. und andern zum hochsten missfallen konde, so ist unser gnediges begeren, ir wollet mit guttem fugen und nach ersehener gelegenheit bey ko.mt. derhalben handeln, domit aller lermen, hader und unlust vorkommen [*f. 184*] und man sich ditzfals nichts befaren dorffe.

Letzlich das sich unser secretarius, Andreas Muntzer, in seinem auferlegtem gewerbe also fleissig und treulich erzeigt, wie ir schreibet, das horen wir gerne, und sol ime solchs bei uns zu g[nade]n gereichen. Welchs wir euch zur antwort gnediglich nicht pergen wolten. Datum Neuhaus.

Ex relatione Cancellarii.
Idem legit.

Cedula
Nachtleger nach Krackaw

| | |
|---|---|
| 1 Srzenski[3] | 7 Wolborst[9] |
| 2 Radtzunss[4] | 8 Soleva[10] |
| 3 Wissegrod[5] | 9 Predborsch[11] |
| 4 Zachatzowa[6] | 10 Cetzemin[12] |
| 5 Quirnewitz[7] | 11 Mechowa[13] |
| 6 Ujast[8] | 12 Krackaw |

Cedula

Wie wir diss unsere schreiben an euch vorfertigen wollen, kombt unser secretarius, Andreas Muntzer, bey uns an und uberantwortet uns ewern

brif, der am 25 Aprilis zu Krackaw datirt, welchen wir vorlesen und alles inhalts wol verstanden. Nun thun wir uns nachmals der itzigen, wie auch der vorigen mittheilung, so uns durch ewere schreiben bescheen, gantz gnediglichen bedancken, und wunschen, das alles zu der ko.mt. besten, nutz und frommen beschafft muge werden. Wollen uns auch, soviel wir wegen kurtze der zeit immer thun konnen, darnach achten, domit wir, als obermelt, mit dem stechen und rennezeugen der ko.mt. willen erfullen; do ir auch etzwas mehres, [*f. 184v*] domit wir irer mt. zu willen sein konnen, vormerckt und uns solchs vorstendiget, wollen wir uns darnach achten, uf das wir das thun mogen, dodurch die ko.mt. unsern underthenigen dienstlichen willen in allem muglichen willig zu erspuren.

Das die herbergen dermassen, wie ewer schreiben meldet, ausgeteilet, ist nit unbillig, das den frembden potentaten der vorzug gegeben werde, nicht zweifelnd, ir werdet gleichwol dohin gedencken helfen, domit wir, wie oben gebethen, neben den unsern zur notturft underkhommen mugen.

Ewer abermals bescheenen wunschung wegen der hochgebornen furstin, unser freundtlichen hertzlieben gemahl[14], erlosung von irer l[iebde]n freuntlichen burden, thun wir uns in gnaden bedancken. Welcher gestalt nun ditzfals der liebe Gott seine gnade sehen und scheinen lassen, habt ir durch vorig unser schreiben vorstanden. Daneben wollen wir euch gnediglichen nicht vorhalten, das unser junger sohn, den der allerhochiste uns und unserer geliebten gemahl itzo gegeben, [*f. 185*] am nechist vorschienen suntage mit dem sacrament der heiligen tauff vorsehen und Albrecht Fridrich genennet worden. Der liebe Gott gebe, das ehr furder zu seinen ehren muge erzogen werden. Amen. Datum ut in litteris etc.

Ex commissione Prin[cipis] propria.

1) *Andreas Sieprski, palatinus Ravensis.*
2) *Fridericus ab Oelsnitz.*
3) *Szreńsk.*
4) *Raciaż.*
5) *Wyszogród.*
6) *Sochaczew.*
7) *Skierniewice.*
8) *Ujazd.*
9) *Wolbórz.*
10) *Sulejów.*
11) *Przedbórz.*
12) *Secemin.*
13) *Miechów.*
14) *Anna Maria.*

*N. 3921.*

*E Regio Monte, 10.V.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ludovico Montio Mutinensi*
*litteras eius sibi gratas fuisse nuntiat; de rebus Alberti iunioris parum sibi constare responedet; pro* «novis Italicis» *gratias agit.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 534.*

Ludovico Montio, X Maii.
Agit gratias de iis, quae scripsit. Dicit nihil sibi constare de rebus Marchionis Alberti.

Famate, Fidelis dilecte.

Literas tuas, proxime cum secretario nostro Andrea Muncero nobis missas, libenter legimus ac studium in iis, tum antea satis superque nobis

perspectum, animadvertimus. Quae omnia ut de te gratissima nobis acciderunt, ita tibi vicissim de clementia nostra non nisi optima promittas, volumus. Quod vero de statu nepotis nostri, Marchionis Alberti, certior a nobis fieri cupis, ingenue id fatemur, nobis de rebus Illustritatis Suae parum sane constare. Perferuntur quidem vulgari rumore ad nos plurima, sed cum sibi non respondeant omnia, certi de his aliquid scribere supersedemus. Optamus autem, ut Illustritati Suae omnia ex voto et sententia succedant, siquidem sortem Illustritatis Suae felicem, adversa item, pro arcta necessitudine nostra, communia nobis ducimus, nec usque adeo laeti aliquid Illustritati Suae accidere potest, quin non ex animo illud ei faveamus.

De novis Italicis nobis communicatis gratias agimus tibi cupimusque clementer, ut ante adventum istuc nostrum, [si] aliquid cognitu dignum intellexeris, ad nos perscribas. Qua in re nobis facturus es gratissimum et clementia vicissim nostra demerendum. Datae Regio Monte.

A.M.

*N. 3922.*

*E Regio Monte, 10.V.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarło,*
*litteras eius, 25.IV.datas, per secretarium suum, Andream Muntzer, sibi allatas esse nuntiat et pro equo sibi iam misso et alio, Turcico, mittendo gratias agit.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLIV, N. 79.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 186.*

*N. 3923.*

*Neuhausen, 13.V.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*regi Galliae [Henrico II]*
*pro communicatione litterarum ad ordines Imperii datarum gratias agit et addit auctoritatem suam in Imperio parum aestimari.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 535-536.*

Regi Franciae, XIII Maii.
Agit gratias pro communicatione scripti, ad S. Romani Imperii Principes missi. Scribit autem se parum aut nihil in iis rebus praestare posse.

Serenissime Rex, Potentissime Princeps et Domine, Sacrae Vestrae Celsitudini obsequia nostra quam paratissima offerimus.

Serenissime ac Christianissime Rex, Domine, Amice et Consanguinee Colende.

S. Regiae Dignitatis Vestrae literas, de mense Martii elapsi anni MDLII datas, cum adiuncta epistola ad Amplissimos Sacri Imperii ordines typis

excusa, hesterna die, hoc est XII Maii, accepimus et pro communicatione eiusdem scripti S. Regiae Dignitati Vestrae gratias, quas debemus, agimus cupimusque eidem bene feliciterque evenire universa. Quoniam autem nos nosterque hic Prussiae Ducatus Romano Imperio subiectus non est, verum immediate Regno Poloniae incorporatus, fit, ut nostra etiam authoritas in Sacro Imperio, siquidem eius consiliis non adhibemur, minus aestimatur. Non dubitamus tamen Sacri Imperii ordines amplissima beneficia, quae a S. Regia Dignitate Vestra acceperunt, consideraturos, eosque gratos et memores talium bonorum futuros. His S. Regiam Dignitatem Vestram Christo Optimo Maximo longis temporibus salvam, incolumem et fortunatam [*f. 536*] conservandam committimus. Datae in Nova Domo etc.

*N. 3924.*

*E Regio Monte, 13.V.1553*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*quod de nato sibi filio gratulata est et ad baptismatis celebritatem cohonestandam cubicularium misit, gratias agit; iter ad nuptias filii, regis Sigismundi Augusti, Cracoviam paranti incolumitatem exoptat.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXI, N. 595.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 536-537.*

*N. 3925.*

*E Regio Monte, 13.V.1553.*

*Anna Maria ducissa in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*pro gratulatione de nato filio sibi facta et nuntii ad cohonestandum baptismatis ritum missione gratias agit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 538-539.*

*N. 3926.*

*Soldaviae, 13.VI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Brzeski*
*nuntiat se cum rege de transgressoribus teloneorum collocuturum esse.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 545-546.*

N. 3927.

E Regio Monte, 19.V.1553.

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chełmensi,*
*pro regis benevolo in se animo Deo gratias agit atque regi matrimonium inituro omnia felicia precatur; aliquot nobiles ex Ducatu suo ad certamina aulica et ludos hastatos, occasione nuptiarum regiarum celebrandos, se libenter secum adducturum esse nuntiat; de sua erga regem et Regnum Poloniae fide diutius disserit et bonum se Polonum ac principem regis feudatarium declarat; de delatoribus et obtrectatoribus suis queritur et rogat, ne rex eis fidem praebeat etc.*

*Autogr.*

*Cfr. El. XLIII, N. 134.*

*HBA, B, K. 1175.*

Lieber freund Derle.

Ewer schreiben, den 30 Aprilis zu Krackaw datiret, ist mihr durch meinen secretarien, den Munczern, am 9 May worden. Das ich aber bey neherm boten euch nicht wider beantwortet, bitte ich, wollet mich aus dem entschuldiget nemen, das der bote eilen mussen, weil dy zeit so kurcz fellet, zudem das mich in diser eile dy geschefte, auch gelegenheit meiner liebsten gemahel[1] abgehalten. Hab derhalber bey mihr bedacht, das besser ich schicke euch einen eigen boten hernacher, wy dem itzunder beschehet etc.

Domit nun k.mt. zuvorderst, m.g.h., auch mein dinstlich gemute s.mt. willig zu dinen erfare, und ewer person mich hinwiderumb beantwortet, solt ir wissen, das ich ewer schreiben auf k.mt. g. befelich volgender mas verstanden. Erstlich als nemlich, das ir nach gehaltener mittagsmolzeit zu irer k.mt. gevordert und ungeferlich in dy zwei stundt in irer mt. schlafgemach mit irer mt. versperet gewesen, do den unter fylen gehalten worten mein person auch zum spil kumen, und das k.mt. meiner in allem guten gedacht, euch muntlich befelich gethon, das ir aus ku. munde mihr schreiben und anzeigen sollet: Weil Got der almechtige aus sunderlicher gnade und barmherczigkeit nun versehen und geordnet, das s.k.mt. widerumb in dem heiligen ehestandt zu treten genczlich bedacht und entschlossen, das ire mt. guter hofnung, der ewige barmherczige Got wurde disem kunigreich zu trost etc. diser vorgenumen heirat seinen gotlichen segen, hilf und beystandt geben und verleihen, mit weiterm inhalt umb der lenge willen von unnoten zu erwidern.

Darauf dancke ich erstlichen Got dem almechtigen seiner verlichen gnaden meinem g.h. und mihr; m.g.h., das er s.mt. ins hercz geben und durch seinen geist ervolget, das s.k.mt. widerumb sich in heiligen ehestand, der nicht ein stand ist alleint des lustes, sundern auch des heiligen creuczes. Bitte hirumb ane aufhoren den ewigen Got mit herczlichem seufczen und flehen, er wolle s.k.mt. seinen gotlichen segen verleihen, das dis sein gotlich wercke erstlich, wy es sein werck ist, auch gnediglich also segnen wolle, das es erstlich zu seinen gotlichen ehren, hernachmols auch zu erbreiterung der christlichen kirchen und seines alleint seligmachenden wortes greiche, [*p. 2*] s.mt. und der zukumenden loblichen kunigin[2] zu der selen heil und seligkeit also, das auch ire bede m$^{ten}$, mit fruchten des leibes gesegnet, sehen mogen in gotlichen gnaden ire kindes kinder und den fri-

den uber Israhel stehen[a]; hernachmols das uns allen s.k.mt. getrewen dinern und unterdonen auch also zu wolfar[t], auferung und zunemen, das bede ku.mten uns allen zu sunderm trost in glucklicher regirung, langwi[ri]cher gesuntheit, ewiger und zeitlicher wolfart zu den iaren Nestory leben mogen in frid und einigkeit, uns allen zum trost und gemeiner christenheit bestem gereichen. Darneben dancke ich Got, das s.k.mt. meiner auch in gnaden und bestem gedacht. Dancke auch s.k.mt. des kuniglichen und gnedigen gemutes kegen mihr, erkenne auch, das mihr nicht muglich, das ichs s.k.mt. abdinen kunne. So wolte ich doch aber kegen dem lieben Got s.k.mt. ane aufhoren zu ferbitten dy zeit meines lebens nicht vergessen noch unterlassen.

Und thun s.k.mt. gancz kuniglich, furstlich und weislich, das si erstlich zu Got ire gancz gnedi[g]ste zufersich[t] in disem hochloblichen und furstlichen furnemen nicht alleint, sunder auch in allem seczen, den one den ist nichtes in der ganczen welt, auch nicht im himel, do einiger mensch sein zufersicht seczen solle, alleint in den Herren aller herren. Bitte auch den lieben Got, das er s.mt. in solcher einigen zufersicht erhalten wolle, s.mt. auch von glauben zu glauben wolle lassen zunemen in disem einigen herren.

Das aber auch irer k.mt. zufersicht solcher mas zu mihr, armen sundigen menschen, stehet, das ich ire k.mt. als den plutes freundt mit hilfe, rat und trewem beystandt, wy mich s.k.mt. nie anderst gespuret, dinstlichen nicht verlassen werde, sol ab Got wil k.mt., m.g.h., mich, sofyl menschen zu fertrewen, auch bis in mein ende nicht anderst als einen trewen diner und plutferwanten und lehensman finden, des ich auch Got herczlichen bitte. Weil wihr menschen fur uns nichts gutes vermogen, so wolle doch seine gotliche mt. mihr nicht alleint das wollen, sunder auch das volpringen verleihen, und wil, ab Got wil, [*p. 3*] s.k.mt. dy zeit meines lebens sambt zu diser zeit mit hilfe, rat und trewem beystandt meines hogsten vermogens in allem muglichen immer mehr verlassen, sunder auch neben dem vermogem meinen leib und plut nicht sparen, des sich s.mt. auch gewis zu mihr solle getrosten.

Das aber s.k.mt. sich kegen mihr gnedigst thut entschuldigen, warumb mihr solche furgenumene heiratishandlung nicht lengst und zeitlicher vermeldet und angezeiget, meldent, das Got wisse, das es gancz geswindt angangen und ire mt. auch an dy ort, do es dem Got lob hinkumen, ein zeitlang wenich versehen, weil es aber der liebe Got also nach seinem gotlichen willen geschicket, das s.k.mt. in dem dem almechtigen Got gancz danckpar sein wollen, thun s.k.mt. gancz kuniglich, furstlich und christlich als ein hochberumbter, hochweiser kunig wol daran, und darf kegen meiner person als kegen dem getrewen diner k.mt. solcher entschuldigung gar nicht, beschihet auch zu einem uberflus, den mit s.k. mt. bin ich gancz wol, wy sichs auch gepuret, zufriden und gepuret mihr auch nicht anderst etc.

Zum andern meldet ir, das ire k.mt. euch in befelich geben mihr zu schreiben, das ire mt. an mich begern, ich wolle gedacht sein, domit etzliche edelleut in meinem furstendum und hofe auserlesen wurden, welche, so es dy not erheischen wurde, ren- und stichzeugen irer k.mt. zu sunderm rumb und ehren auf dise angestelte freude, welche den andern tag July sol gehalten werden, sich gutwillich geprauchen und erzeigen wollen. Disem befelich k.mt. nachzuseczen solle an meinem fleis nichts erwinden, habe auch etzlich, wywol nicht fyl, nicht al leut zum rennen und stechen, sunder auch zum durniren, irer k.mt. zu unterdenigem dinst erwogen. Dy alle gewilliget irer mt. zu ehren und dinst ire leib nach vermogen gern darzu-

strecken, alleint haben sy fele zum rennen und stechen der geule, den wir sy auch hie nicht umbs gelt bekumen kunnen. Warumb bitten wihr semptlich, das ir bey k.mt. und am hofe und clostern wollet helfen vordern, das si zu geulen kumen kunnen, und das ir wollet vervordern, das solche ros in einem vorrat [*p. 4*] unde beritten ader abgerichdet wurden; wollen wihr gleichwol auch fleis haben, sofyl muglich, das wihr etzlich mitpringen.

Neben dem wurt zum tritten gemeldet, so es auch auf dy zeit der liebe Got gebe mit guter gesuntheit zu erwarten, meine gelegenheit sein kunte, das s.k.mt. sich gancz gern mit mihr auf dy bon machen und ein kreuczlein zu erwarten, muglichen fleis furwenden etc. Auf solches solle ire mt. des in gnaden zu mihr versehen, das s.mt. ich gar gern in dem und allem mihr muglichen irer mt. zu unterdenigkeit und dinst mich den erzeigen wolte, das ire mt. spuren, das sy einen willigen an mihr hetten, und bitte auch wol den dag gesehen, das ichs s.mt. nicht abgeschlagen. Weil mich aber der liebe Got mit dem alter und auch nunmehr schwacheit des ruckens dermassen und mit unfermogen gnediglich heimsuchet, das mihr schir das reiten gewehret, bitte ich s.k.mt. zum dinstlichsten, wollen meiner in gnaden verschonen, mein unfermogen ansehen und mich gnediglich entschuldiget haben.

Weil es mihr den auch sogar ungelegen und darneben ire mt. in gnaden an mich begern thut, das ich als ein elter und naher freundt etc. mit irer mt. auf dy pan rucken und irer mt. in allem, so zur sachen vonnoten, raten und guten beystandt leisten wolle etc., darauf erkenne ich mich meinen phlichten nach irer mt. schuldich sein mit allem fleis mich dinstlich zu erzeigen, und sol mihr auch dy hogste freude sein, so ich nurt im meisten und wenigsten s.mt. trewlichen dinen kunte, und ab rat und dinst meines selbst erkennens gar gering, so erbeute ich mich doch den unterdenigen und getrewen diner s.mt., der ich mich allezeit willich bey seiner mt. wil sinder sehen und spuren lassen.

Das auch zum firten ire mt. sich zu mihr gnediglich versehen, das ich nicht wy ein auslendischer furst, sunder wy ein guter Pol und einheimischer dises landes bey irer mt. halten und erzeigen werde etc., auf dis wollet ir k.mt., meinem g.h., vermelden, das sich s.k.mt. nicht alleint zu mihr in gnaden versehen solle, sunder wissen, das ich mich nicht ein auslendischen [*p. 5*] fursten, sunder s.mt. unterdenigen lehensfursten, guten Polen und inlendischen dises loblichen kunigreichs erkenne und bis in mein graben sein und pleiben wil und als ein getrewer mich bey s.k.mt. und der loblichen Kron, [b]dyweil ich leb[b], halten und erzeigen wil. Erkenne mich auch schuldich, das ich mit allem trewen fleis auf s.mt. sehe, trewlich und fleissig antwurte und wille es auch, ab Got wil, thun, so mihr nurt von s.k.mt. ein freiher zutrit zu s.mt. gegunnet und das s.mt. an meinem aufwarten keine schewe haben wollen, und bitte euch auch, wollet mihr bey s.mt. erkrigen, das ich zu derselben einen freyen eintrit haben moge an alle schewe, welches ich mihr den zu groster gnade von irer mt. rechen wille lassen[a], und mihr ein herczliche freude sein solle, wo ich dy gnad bey s.mt. haben mag.

Und wollet mich auch widerumb wissen lassen, wes ich mich halten solle, den so mich s.k.mt. also leiden mogen, bin ich gewis, das fyl, dy mihr nicht gut, ein erschrecken haben werden. Verhoffe auch, ich wolle s.mt. so erlich und trewlich auch sein als andre mehr. Das mich k.mt. nicht als einen freunt, sunder wy einen vatter erkennen wil und vohr und nach nie anderst vermerckt, alleint das ire k.mt. ich[c] mit allen trewen veterlich

gemeinet, bedancke kegen s.k.mt. ich mich auf das dinstlichst, das mihr ire mt. dises zeugnus geben und wil auch, ab Got wil, anderst nicht von s.k.mt. und meniglich anderst nicht erkant werden. Vermercke auch, das k.mt. aus hocher kuniglicher milde, gute und gnaden kegen mihr mich in disem fal hocher als ich wirdlich anzihen thut in dem, das si mich nicht als einen freunt, sunder wy einen vatter erkennen wil. Weil ich den zu solchem fyl zu gering, bitte ich gancz unterdeniglich, ire mt. wollen mich nicht hocher, alleint iren unterdenigen und getrewen diner erkennen, mein g. her sein und pleiben, sich zu mihr anderst nicht, alleint aller trew und dinstwilligkeit getrosten und versehen.

Zum funften verstehe ich aus ewerm schreiben, wy k.mt., unsser allerg. h., euch gnediglich angezeiget und befolen mihr zu fermelden, ob sichs begeben wurde, wy dan of[t]mols geschehen, [*p. 6*] das etzliche etc. bey irer k.mt. mich angeben und bereden wurden, so wollen ire k.mt. solchem und dergleichen anpringen gar kein stat und glauben geben. Ire mt. wollen wol zuhoren etc., demnach wol wissen, wy sich ire mt. kegen mihr, wy sichs eigent verhalten sollen, darauf ich mich genczlichen verlassen, und wollen nichts anderst, weil ire mt. im leben und ich auch dergleichen, welches Got zu langen zeiten geben wolle, mich als iren vattern haben und wissen. Auf dis kan ich dem almechtigen Got ewiglich noch immer mehr genungsam danckpar sein, das er, der dy herczen aller kunigen in seiner hant hat, s.k.mt. mihr zu solcher gnaden gewogen gemacht, das s.k.mt. mihr so gnedig und aus kuniglicher liebe und gnade mihr mitdeylet, das etzliche, wy den oftmols beschehen, lassen, das etwas dermassen vorhanden gewesen, auch am jungsten zu Danczig mihr wol dermassen bekegnet, darab ich schir ein verendert gemute kegen mihr gespuret, habe ich mich doch vor meinem lieben Got und hernachmols k.mt. meiner unschult kegen irer mt. getrosten und bin allezeit der hofnung gewesen, das s.mt. mit der zeit hinter den grunt der warheit kumen wurde. Hab, ab es mihr wol so wehe gethon, das mihr auch mein hercz prechen mogen, doch in meiner unschult mit gedult aus Gottes gnaden alles getragen.

Dancke aber auch s.k.mt. ires gnedigen erbitens, ab sy wol horen wolle, dennoch wol wissen, wy sich ire mt. kegen mihr, wy sichs eigent verhalten solle. Nyme solch ku. und g. erbiten in aller unterdenigkeit mit hogsten begirden zu hogstem danck an, und ist es muglich, wil ichs umb k.mt. verdinen, darneben kegen Got gar trewlich und herczlich fur s.mt., dy loblichen Kron und aller[z)] s.mt. verwanten bitten. Und bitte s.k.mt. leuterlich umb Gottes willen, wen dergleichen mehr an s.mt. gelangen, s.mt., weil sy mihr solche gnedige vertrostung thun wollen, mihr auch so gnedig sein und dyselben personen anhalten, das sis s.mt. auch vor mihr gestendig sein und wollen mihr in irem beywesen dy angeber und bereder, und wy sy mich angeben und bereden, unter augen stellen, sehen, horen und richten den grund und dy warheit, und wolle eher nichts auf mich glauben, si sehen und greifen, den das ich mit gutem grunde uberwunden sey, wil ich gern [*p. 7*] und williglich s.k.mt. straffe mich untergeben, mich auch nunmehr s.k.mt. gnedigem vertrosten mich genczlichen verlassen, das weil ire mt. im leben und ich dergleichen, do ich doch Got bitte, er wolle s.mt. in langem leben so lang fristen und in gesuntheit, ewiger und zeitlicher wolfart erhalten, wy oben auch gebeten, das s.k.mt. mogen sehen und erleben kindes kinder, und wolle mich ya kein anders erleben lassen. Und ab ich mich wol fyl zu gering erkenne, das ire k.mt. mich als iren vatter halten und wissen, wil ich mich doch durch gotlich hilfe und verleihen bey s.k.mt. den getrewen diner also sehen lassen, das ich trewheit halben kegen s.k.mt. kei-

nem nichts wil bevohr geben, und bitte, s.k.mt. wollen nurt m.g.h. sein und mich aus kuniglichem befelich nicht verlassen noch anderst zu mihr vertrosten, alleint unterdenigen trewheit und auch verswigenheit. Bin auch hochlich erfrewet, das sich solche und dergleichen rede zwischen k.mt. und euch zugetragen, glaube euch auch nicht anderst ewerm schreiben nach, den das k.mt. dis alles personlich selbst mit mihr geredet, und zweifel auch gar nicht daran, das k.mt. euch solches nicht abfallen werde noch in vergessen stellen, derhalben es auch keiner erinderung vonnoten sein werde.

Das ir auch sofyl vermercket, so mit irer k.mt. mihr ein treffen zu thun ungelegen sein wurde, das ir euch besorget, ir an meine stat solt gepRauchet werden, zeuge ich mit Got, das mihr leit, das ich irer k.mt. nicht wilfaren solle, und wolte mich ein treffen zu thun nicht besweren und kegen meinem lieben herren also verhalten, das s.k.mt. meine unterdenige[n] dinst, willigkeit zu sehen erkenne, auch das mihrs eine sunderliche gnade und ehre were, aber warlich felet es an dem vermogen. Warumb ich gancz dinstlich bitte, s.k.mt. wollen mihrs nicht verdencken. Kunt ichs nurt thun, es solt an mihr kein mangel gespuret werden. Wil aber s.k.mt. armer rustmeister gern sein und trewlichen dinen, auch also, das ir, ab Got wil, leidig sein sollet, und bitte, wolt mihrs verzeihen, was ich wider euch thun werde. Ir moget euch auch hungern, den der renzeug solle euch ein zeit zuvor kumen, [*p. 8*] alleint bitte ich euch, ir wollet bey k.mt. erfaren, ab Heincz mit seynen ren- und stichzeugen in k.mt. zeugkamer einzihen solle aber nicht, ader wo anderswo. Doch were es gut, das sein zeugherbrich nicht vorn von k.mt. harnischkamer werhre; welches alles ich euch auf ewer schreiben nicht pergen wollen, darnach ir euch kegen k.mt. auch werdet zu ferhalten wissen. Was dy herbrich antrift, las ich mihr alles gefallen, wy es k.mt. machen, alleint das ich gern nahendt bey s.k.mt. were, domit ich auch mein dinst sofyl fleissiger leisten mochte etc. Befele euch hiemit gotlicher gnaden und bitte, wollet mich k.mt. auch auf dinstlichst myt fylem unterdenigem wunsch befelen etc. Datis in eyle Kunigspurgk den 19 May anno 1553.

Albrecht der elter marggraff und herczog etc.

a) *in margine.*
b)-b) *in margine.*
c) *sequitur expunctum:* vater und mich alleint
z) *sic in ms.*
1) *Anna Maria, uxor ducis Alberti, 29.IV. filium, Albertum Fridericum, peperit.*
2) *Catharina.*

*N. 3928.*

*E Regio Monte, 20.V.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Boner, castellano Chelmensi,*
*litteras eius sibi gratas fuisse nuntiat, et licet ipse equis ad ludos idoneis nunc careat, unum tamen eiusmodi equum ei mittere promittit, sperans eum ad ludos hastatos aptum fore.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1389.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 185-186.*

An Hansen Boner.

Unsern gunstigen gruss und gnedigen willen zuvorn.

Edler und grossmechtiger, besonder geliebter.

Wir haben E.G. schreiben, den andern May zu Krackaw ausgangen, bekhommen, dessen inhalts verstanden. So ir dan anfangs unsere gunstige und gnedige gewonheit, damit wir unserm besonderm vielgeliebten hern Severino Boner seligen, Ewer Grossm[echtigkeit] vathern, zugethan gewesen, anzihet, ist nicht ane, das wir mit demselben in der kundtschaft gestanden, darob wir uns gewisse zu ime aller dienstwilligkeit, und ehr hinwider sich zu uns aller gunst und gnaden zu vorsehen gehabt. Wiewol wir nun gantz unnotig achten, solchs dermassen und so hoch, als durch Ewer Grossm[echtigkeit] schreiben beschicht, zu rhumen, haben wir doch ob Ewer Grossm[echtigkeit] schreiben ein besonderes gefallen geschepft in dem, das wir nicht anders abnhemen konnen, weder das E. Grossm[echtigkeit] in ires lieben vathern seligen fustapfen zu treten und sich dermassen, wie ehr gethan, [*f. 185v*] mit uns in kundtschaft einzulassen bedacht. Es solle auch unsers theiles am gunstigen gnedigen willen nicht mangeln.

Wie ir aber ferner meldet, das E.G. durch das angezeigte getrostet, uns mit schriften zu ersuchen, und dabey umb einen gaulen, welcher zum ritterspiel uf das kunigliche beilager nehistkunftig dienstlich sein mochte, anzusuchen, sollen uns E.G. gleuben, das wir itziger zeit dermassen, als in langer zeit nit, mit geulen entplosset. Haben auch vorlengsten unsere dienere nach Frisslandt umb etzliche geule abgefertiget, welche doch noch zur zeit nicht ankommen. Do ist uns auch die itzige ko[niglich]e freude (do wir dann der ko.mt. zu Polan, unserm gnedisten hern und freundlichen lieben oheimen hochgenandt, gern zun ehren erscheinen wolthen) gantz eilendts uf den nacken komen, darob wir selbst an geulen fast mangel haben und hin und wider darnach trachten. Damit wir aber unser geneigt gewogen gemut gegen E.G. in anfahender kundtschaft etzwas erweisen, so thun wir derselben hiemit einen gaulen, so gutt wir den itziger zeit gehabt, ubersenden, verhoffende, das ehr dannoch zu den ritterspielen [*f. 186*] nicht undienstlich sein solle. Wunschen auch von dem lieben Gott, E.G. damit viel gluck haben, ehr und preis einlegen mugen, das E.G. desselben soviel nicht erlangen konnen, wir gonnen ir von hertzen viel besser. Und haben E.G. solchs uf ir schreiben geneigter wolmeinung nicht pergen wollen. Datum Ko[nigsberg], 20 May anno 1553.

Bal[thasar] Ganss secretar.

*N. 3929.*

*E Regio Monte, 28.V.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Laurentio Discordiae*
*ob perpetuas rixas, inter ipsum et parochianos intercedentes, admonet eum et iubet, ut de alia conditione sibi quam primum prospiciat.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 539-540.*

Laurentio Discordiae, XXVIII Maii.

Scribit, ut sibi de alia conditione prospiciat.

Salutem et gratiam nostram.

Venerabilis, Fidelis nobis dilecte.

Legimus supplicationem tuam proxime nobis exhibitam, eamque capitaneo [*f. 540*] itidem nostro in Johannspurgk legendam et interpretandam curavimus, ut audita utriusque partis relatione, quod aequitati consentaneum esset, statuere eo melius possemus. Quoniam autem tum ex dicta supplicatione tua, tum etiam ex capitanei nostri relatione cognovimus, tibi cum hominibus istius loci et parrochiae[a] [1] nequaquam convenire, imo perpetuas et indesinentes inter vos rixas agitari, quae res a christianis mentibus aliena prorsus esse debet, itaque ut et nos in posterum molestis hisce et crebris querelis carere, et tu posthac tranquillius degere posses, his literis nostris duximus [b]admonendum te[b], ut de alia tibi conditione commodiore quam primum prospicias. Nos enim dabimus operam, ut ministrum verbi, isti loco idoneum, vicissim consequamur, quem tibi successorem sufficiemus. Haec te pro gratia nostra latere noluimus, ut in tempore admonitus eo melius tibi prospicere possis. Datae Regio Monte.

C.S.

a) *in ms.* parrachiae
b)-b) *in margine alia manu.*
1) *agitur de parochia in Biała.*

*N. 3930.*

*Soldaviae, 13.VI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*de adversa regis valetudine dolet; litteras regias de valetudine recuperata et de novo nuptiarum die se anxium exspectaturum esse scribit.*
*Cfr. El. XXXI, N. 600.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 543-544.*

Regi Poloniae, XIII Iunii.

Scribit iniucundum sibi esse cognitu adversam S. Regiae Maiestatis valetudinem. Precatur, ut cito convalescat, petitque sibi diem alium ad nuptias celebrandas dici.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Literas S. Regiae Maiestatis Vestrae, VIII Iunii Cracoviae datas, in meo instituto itinere hic Soldaviae, magno animi mei cum dolore, perlegi. Quid enim acerbius mihi hoc tempore accidere potuisset, quam quod S. Regiam Maiestatem Vestram in adversam valetudinem tam subito incidisse comperio, graviterque adeo decumbere, ut ob hoc nuptiarum tempus et solennitas sint proroganda? Quapropter S. Regiae Maiestatis Vestrae vicem maximopere et ex animo doleo, Deum, aeternum patrem Domini nostri Jhesu Christi, suppliciter petens et obsecrans, is pro divina sua clementia et benignissima voluntate faxit, ut S. Regia Maiestas Vestra pristinas vires et valetudinem optatam quam primum recuperare et longis temporibus ea perfrui possit.

Quod autem S. Regia Maiestas Vestra rogat, ut moram hanc valetudini [*f. 544*] eiusdem condonare atque molestiam revocandi itineris patienter

ferre velim, sic S. Regia Maiestas Vestra certo credat et statuat mihi hanc moram atque regressum nihil plane molestiae afferre. Illud autem me vehementissime excruciat, quod S. Regiae Maiestati Vestrae, in hac afflicta valetudine decumbenti, adesse atque opem ferre non possum. Spero tamen id, quod nunc in potestate mea non est, Deum Optimum Maximum S. Regiae Maiestati Vestrae largiturum. Ac exspectabo anxius S. Regiae Maiestatis Vestrae literas, quibus de ea valetudine recuperata, quam summe exopto, et de nuptiarum die certiorem me facere non dedignabitur, quibus quidem literis debitam oboedientiam praestare conabor. Commendo S. Regiam Maiestatem Vestram Deo omnipotenti, qui clementer faxit eandem cito convalescere ad gloriam nominis sui et incrementum totius inclyti Regni, quod ipse a Deo votis supplicibus indesinenter precabor. Datae Soldaviae etc.

Mutatis mutandis scriptum est Cancellario Regni.

Relatio Cancellarii
Idem legit
Princeps audivit.
C.S.

*N. 3931.*

*Soldaviae, 13.VI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*de aegritudine regis dolet; pro diligentia, in parandis sibi, ad nuptias regis Cracoviam ituro, deversoriis et hospitiis adhibita, gratias agit; celerem valetudinis regiae restitutionem a Deo precatur.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLIII, NN. 136, 138.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 186v-187.*

*N. 3932.*

*Soldaviae, 15.VI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*de meliore iam regis valetudine et die nuptiarum ad 16 Iulii statuto gaudet; pro paratis sibi commodis deversoriis gratias agit et nuntiat se 5 dies ante initium nuptiarum Cracoviam venire velle.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLIII, N. 139.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 187.*

*N. 3933.*

*Soldaviae, 16.VI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pretwicz, capitaneo Trembovlensi,*
*litteras eius, quibus difficultates in coemendis bobus occurrentes sibi signifi-*

*caverat, se accepisse nuntiat et rogat, ut praeter eiusmodi difficultates boves, quibus hoc anno valde eget, sibi procurandos curet; pro novitatibus secum communicatis gratias agit; sibi constare nuntiat Achatium Czema non 40, sed 100 aureos ad emendos equos ei misisse.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. L, N. 561.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 187v-188.*

*N. 3934.*

*Soldaviae, 28.VI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*regem adhuc febri teneri dolet; rogat, ut statum valetudinis regiae sibi quam primum significet, et nuntiat se Soldaviae subsistere statuisse, donec aliquid certius de regis sanitate cognoverit.*

*Cfr. El. XXXIX, NN. 1393, 1394.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 547-549.*

Iohanni Oczieski, Regni Poloniae Cancellario, XXVIII Iunii.
Dolet S. Regiam Maiestatem adhuc febri laborare, petitque sibi affectionem et valetudinem S. Regiae Maiestatis perscribi.

Redditae sunt nobis hodie non multo ante meridiem literae Magnificentiae Vestrae cum nostro puero missae, ex quibus magno animi dolore et vehementi perturbatione cognovimus, S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, [*f. 548*] adhuc febri illa teneri, ob quam antea prorogatio diei nuptialis facta est, ideoque nunc denuo dilationem fieri usque ad Augustum, nobisque hinc discedendum non esse, donec de stato nuptiarum die certiores facti fuerimus. Etsi enim prorogatio illa nobis usque adeo molesta non est, quin eam pro obsequio et debita observantia nostra erga S. Regiam Maiestatem patienter feramus, paratique simus diem illam nuptialem, quandocumque constituta fuerit, hic exspectare, tamen valde graviter ac dolenter ferimus S. Regiam Maiestatem tam diutino morbo affligi, quo et vires exhauriuntur, et non leviter Suae Maiestatis animus cogitationesque omnes de nuptiarum apparatu perturbantur. Qua molestia et aegritudine ut ipsius Maiestas divina ope quam[a] citissime sublevetur, pristinaeque incolumitati ac firmae valetudini brevi tempore restituatur, a Deo Optimo Maximo veris animi votis ac toto pectore precamur et optamus. Nihil enim in omnibus huius vitae rebus nobis prosperitate et salute S. Regiae Maiestatis charius et incundius esse potest.

Magnificam Dominationem Vestram plurimum rogamus, ut nobis affectionem et valetudinem S. Regiae Maiestatis quam primum significare non gravatim velit, eoque officio suam erga nos benevolentiam declaret. Nos enim constituimus hoc in loco, donec aliquid certius ad nos ea de re allatum fuerit, subsistere, parati ad omnia [*f. 549*] obsequia praestanda, quae a S. Regia Maiestate nobis imperari possunt. Quam ut Deus omnipotens pro immensa sua misericordia salvam et incolumem nobis diu conser-

vet, assiduis gemitibus et ardentissimis precibus oramus. Bene et feliciter valeat Magnificentia Vestra, nobisque statum et incolumitatem S. Regiae Maiestatis cito indicare non gravetur. Datae Soldaviae etc.

Commissio Principis propria
D. Jonas

a) *in ms.* quo

*N. 3935.*

*Soldaviae, 28.VI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*de aegritudine regis dolet et bonae sanitatis restitutionem ei a Deo precatur; de die nuptiarum regis, ob infirmam regis valetudinem procrastinatarum, se certiorem reddi petit; morte Nicolai Mniszek, cubiculi regii praefecti, valde se contristatum esse nuntiat; de Friderico duce Legnicensi opinionem suam profert etc.*

*Autogr. Sigill.*

*Cfr. El. XLIII, N. 141.*

*HBA, B, K. 1175.*

Lieber freund Derla.

Dise stundt kumbt der Bock mit ewerm schreiben, wy ich mich auch erheben wollen, zu k.mt., m.g.h., zu zihen. Daraus ich verstehe, das ir gern gancz eilendes meinem begern nach den Bocken gern wider wolt abgefertiget haben. Weil ir aber das bedencken gehabt, das weil sich dy kranckheit k.mt. bishero nicht hat stillen wollen, sunder ire mt. wider angegriffen, das ir einen dag ader 2 verzuget, domit ir mihr desto eigentlicher bescheid zuschreiben kundet, so thu ich mich solches kegen euch hochlichen bedancken. Ich bin aber herczlichen erschrocken, das dy kranckheit, so k.mt. besucht, bishero sich nicht stillen wollen und das ire mt. widerumb angriffen. Wil zu meinem Got nicht verhoffen, das mein gebete unerhort werde pleiben, fyl weniger wil ich zu beten aufhoren und Christi Ihesu, unsers herren, zusage, das wer in seinem nomen den vatter, warumb es sey, bitten werde, erhoret sol sein, domit s.k.mt. zu vorigern gesuntheit kumen solle, euch aber auf das hogste abermols gebeten habe, wollet mich auf das eilendest, wy es meinem gnedigen h. gehet, mit allen umbstenden verstendigen, wy ich auch nochten spat im andern briff gebeten.

Das auch von dato ewers brifes uber 5 wochen widerumb angestellet worden, das beylager k.mt. doch mit filen erwegen und bedencken angehen solle etc., erwarte ich pillig weitern irer k.mt. befelich. Wil mich auch hie also finden lassen, das ich zu aller k.mt. dinsten bereitwillig erfunde[n] werde, alleint den lieben Got bittend, er wolle s.k.mt. stercke, kraft, macht[a] und dises febers ende zu guter gesuntheit schicken wolle. Und bin erfrewet, das der erczherczog[1] mit m.g.f., der kunigin[2], ankumen solle, den lieben Got bittendt, das es allenthalben mit gesuntheit, wolfart, gluck und heile zeitlich und ewiglich beschehe. Amen.

Wil auch erwarten, was sich weiter zutragen werde etc., und lasse in yme beruhen, was Heinczen antrift, der er und ich sein alle k.mt., unssers g.h., diner.

Herczlichen aber betrubt michs, das der gut erlich man, der her Niclaus[3], der kamermeister, noch zur zeit von uns allen abgeschiden. Hette im das leben als meïnem guten freundt sehr wol gunnen mogen. Weil wihr aber alle durch den zeitlichen dot in unssers vatters reich eingehen mussen, zweifel ich nicht, das er auch seliglich der herlichen zukunft Ihesu Christi, unsers einigen heilandes, samb uns erwarte und bitte den lieben Got, er wolle uns allen ein seliges ende und stundlein verleihen, auf das diser abgang uns erfreulich sich erweise. Amen.

Das herczog Friderich[4], mein lieber ohen, bey euch ankumen, bitte ich auch Got, das solche ankunft s.l. zu gluck und heil, auch ablenung seiner betrubtnus sey, und das er sich bekere und bessere und lobe ewer dinstwillich erzeigen, den allich, das wir mit den betrubten, uns betruben.

Das ich euch auch zu erkennen geben wolle, weil der zug verzogen, wo ir mich zufriden habt, solt ir wissen, das ich hie zu Solda dy zeit warten wil und bit, wolt mihr ia pald schreiben, den ich kan mich nicht zufriden geben. Befele euch dem lieben Got und nach Got mich k.mt., m.g.h., und bitte wollet mich s.mt. auch aufs beste befelen mit hogster unterdeniger erbitung. In eile Solda 28 Juny anno 1553.

Albrecht der elter etc.

*In dorso manu ducis Alberti:* Hern Gabriel Derlen etc. zu eigner hant etc. Cito citissime.

a) *in ms.* nacht

1) *Ferdinandus.*

2) *Catharina.*

3) *Nicolaus Mniszech († 22.VI.1553), praefectus cubiculi Sigismundi Augusti.*

4) *Fridericus III dux Legnicensis.*

*N. 3936.*

*E Regio Monte, 4.VII.1553.*

*Albertus in Prussia ducis locumtenentes*
*consulibus Caunensibus*
*absente duce operam suam interponunt pro litterarum latore, a consule quodam civitatis Jauer (Jawor) in Silesia ei commendato, ut ad obtinendam a debitore eius, Ioanne Wiesener, crustulario* («kuchenbeck»), *Caunae nunc latitante, iustitiam auxilio esse velint.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 189-189v.*

*N. 3937.*

*Soldaviae, 10.VII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. cancellario [Ioanni Ocieski]*
*de meliore regis valetudine gaudet et rogat, ut certus regiarum nuptiarum dies sibi assignetur.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1396.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 546-547.*

Cancellario Regni Poloniae, X Iulii.
Scribit iucundum sibi fuisse auditu, quod S. Regia Maiestas nonnihil melius habere coeperit; precatur, ut quam primum convalescat integre, petitque diem sibi certum nuptiis tandem celebrandis assignari.

Magnifice et Generose, Amice nobis singulariter dilecte.
Redditae sunt nobis Magnificentiae Vestrae literae, quibus de meliori laetiorique statu S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, scribit, quas obviis, ut aiunt, ulnis excepimus ac modo non exosculati sumus. Ut enim adversa valetudo S. Regiae Maiestatis Suae mirum in modum nos perturbatos reddidit [a]et hucusque sollicitos tenuit[a], ita vicissim recuperatio pristinae valetudinis viriumque, quod ex literis Magnificentiae Vestrae nunc certo tandem cognovimus, maximopere nos exhilaravit. Deus faxit omnipotens, ut S. Regia Maiestas Sua, recuperatis tandem integre viribus, diu nobis atque huic inclyto Poloniae Regno incolumis, florens et fortunata conservetur, detque benignissimus [*f. 547*] Pater, ut laetis hymeneis peractis, optata suo tandem tempore prole Maiestas Sua Regia divinitus augeatur. Id quod eidem ex animo etiam atque etiam precamur. Vestrae autem Magnificentiae hoc praesertim nomine maximas habemus gratias, relaturi, si quando occasio fuerit, et libenter et amicis studiis prolixe, dabimusque operam, ut iuxta clementem S. Regiae Maiestatis Suae voluntatem ad constitutum nuptiarum tempus, Deo fortunante, praesto esse possimus. Id quod Magnificentiam Vestram, cui omnia prospera et secunda optamus, responsi loco celare noluimus. Datae Soldaviae X Iulii.

Princeps audivit.
C.S.

a)-a) *in margine.*

*N. 3938.*

*E Regio Monte, 20.VII.1553.*

*Consiliarii Alberti ducis in Prussia*
*Ulricho Hosio et Ivano Kuncewicz, telonéariis Caunensibus,*
*rogant, ut litteras liberi telonei Friderico ab Oelsnitz, ducalis curiae marscalco, a rege concessas et ab eodem marscalco Bernardo Heidenstein venditas, ab hoc autem Augustino Dameraw revenditas, pro ratis habeant.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 540-542.*

Ulricho Hosio et Iwano Kuntzewitz, theloneorum Caunensium [praefectis] nomine consiliariorum, XX Iulii.
Illustrissimi Ducis consiliarii petunt, ut mercatorem libertate regia, Domino Marschalco concessa, uti permittant.

Officia nostra amica et quicquid grati praestare possumus.
Nobiles et Generosi, Amici charissimi [*f. 541*] et observandi.
Cum S. Regia Maiestas Poloniae, Dominus noster clementissimus, proxime in Ducatu Prussiae esset et inter alia clementiae suae beneficia servitoribus Illustrissimi Prussiae Ducis etc. conferret, largita est eius Maiestas Regia Generoso Friderico ab Olnitz[1], curiae Illustrissimi Prussiae Ducis Supremo Marschalco etc., literas liberi thelonei ad centum lastas salis sine onere vectigalium in Lithuaniam vehendas. Quam libertatem dictus Marschalcus cuidam civi Regiomontano, Bernhardo Heidenstein, certo pretio concessit. Civis ille vicissim eandem[a] cuidam istic locorum existenti Augu-

stino Dameraw transmisit. Ille hisce diebus huc scripsisse dicitur, Generositates Vestras nolle illarum literarum autoritatem pro sufficienti agnoscere, sed libertatem illam thelonei impedire. Nos cum mandatum habeamus a praedicto Domino Marschalco pretium venditarum literarum in usum certum eius Generositatis transferre, mercator autem ille propter interiectum hoc Generositatum Vestrarum impedimentum illud numerare nunc recuset, duximus eo nomine ad Generositates Vestras scribendum esse, quas [*f. 542*] amice petimus, ut libertatem, gratiose a S. Regia Maiestate Domino Marschalco concessam, pro sufficienti agnoscant ac usum eius minime impediant, aut impediri ab aliis patiantur. Non intermisimus etiam hanc rem dicto Domino Marschalco significare, ut si Generositatibus Vestris ita placuerit, vel has non sufficere putaverint, declarationem earum Cracoviae iam a S. Regia Maiestate impetret, ut Generositates Vestrae non habeant occasionem aliquam dubitandi de mente S. Regiae Maiestatis beneficii eius in Dominum Marschalcum collati. Confidimus autem Generositates Vestras authoritatem illarum literarum, cum (si recte meminimus) propria S. Regiae Maiestatis manu subscriptae sint, conservaturas et libertatem illarum non impedituras esse. Qua in re Generositates Vestrae Domino Marschalco gratum facturae. Cum quo et nos amice demereri illud studebimus. Optamus tandem Generositates Vestras optime valere. Datae Regio Monte ut supra.

Generositatum Vestrarum amici benevoli
Illustrissimi Prussiae Ducis
locumtenentes et consiliarii

A.M.

a) *in ms.* easdem
1) *recte:* Oelsnitz.

*N. 3939.*

*Cracoviae, 3.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Belzensi [Nicolao Sieniawski]*
*pro salute per filios dicta gratias agit; de filio ei nato gratulatur; in negotio Valachico, si requisitus fuerit, consilium dare promittit.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1397.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 549-550.*

Palatino Belsensi, III Augusti.
Agit gratias, quod per filios salutem dixerit et de nato filio gratuletur. Pollicetur se in negotio Wallachiae, si ad consilium adhibitus fuerit, id consulturum, quod ex re Regni putaverit esse.

Salutem et benevolentiam nostram.
Magnifice et Generose, Amice sincere nobis dilecte.
Salutarunt nos Magnificentiae Vestrae filii officiose, nobisque literas eiusdem reddiderunt, quibus et officia sua parata nobis Magnificentia Vestra offert, et se dolore affici ostendit, quod propter imminentia bellorum pericula propria in persona hic Cracoviae adesse [*f. 550*] et notitiam nobiscum contrahere non possit. Quod ad primum igitur attinet, grata nobis est Magnificentiae Vestrae officiorum tam diligens commendatio,

habemusque eidem magnas, ut debemus, gratias. Similiter quod de filio nobis nato gratulatur, facit pro benevolentiae et officii sui in nos ratione. Deus faxit, ut id votum Magnificentiae Vestrae bene feliciterque eveniat.

Ceterum Magnificentiae Vestrae vicem non mediocriter dolemus, quod hoc tempore talibus negotiis detinetur, ut propterea et abesse hinc, et insuper in periculo esse cogatur[a]. Deus Optimus Maximus adversa haec pericula omnia clementer avertere atque hoc inclytum Regnum in pace et tranquillitate longis temporibus conservare dignetur. Quod ad nos quidem attinet, nunquam huic Regno vel consilio, quantum in nobis est, vel ope vel opera, pro nostris facultatibus, deerimus dabimusque operam, ut si negotium Valachiae in consultationem deductum, nosque adhibiti fuerimus, S. Regiae Maiestati id consulamus, quod e re publica huius Regni esse statuerimus. Id quod Magnificentia Vestra certo sibi de nobis persuadeat. Quam porro bene valere et laetis successibus uti cupimus. Datae Cracoviae, 3[b] Augusti.

C.S.

a) *in ms.* cogitur
b) *in ms.* 6

*N. 3940.*

*Cracoviae, 5.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Annae Odrowąż, e ducibus Masoviae,*
*excusat se, quod chirographum a marito olim eius, Stanislao Odrowąż, palatino Russiae, ob mutuationem 4000 florenorum sibi datum, nondum remiserit; certiorem eam facit se Bernardo Pretwicz iniuncturum esse, ut, accepta residua debitae sibi adhuc pecuniae parte, eiusmodi chirographum una cum quietantia ei restituat.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1400.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 551-552.*

*N. 3941.*

*Miechoviae, 14.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,*
*Bernardum Pretwicz commendat et rogat, ut auctoritatem suam pro eo apud regem interponat, quo solutionem annui stipendii, pro anno praeterito sibi debiti, consequi possit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 552-553.*

*N. 3942.*

*Miechoviae, 14.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Procopio [Sieniawski], dapifero Leopoliensi,*
*solutionem annui stipendii postulanti respondet eiusmodi stipendium, non solum quod ei tunc deberetur, sed etiam pro futuro sequenti anno iam ei persolutum esse.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 554.*

*N. 3943.*

*S.l., 14.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pretwicz, capitaneo Trembovlensi,*
*de binis litteris ab eo acceptis, quarum alias perlegit, aliae vero una cum perspicillis suis* («sampt den brillen») *casu quodam perierunt; de debitis eius intra annum vel parata pecunia vel in bobus sibi persolvendis; de persoluti debiti quietatione Annae Odrowąż tradenda; de litteris commendaticiis ad vicecancellarium Regni in causa eius scriptis et servitori eius datis.*

*Cfr. El. L, N. 561.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 189v-190v.*

An Bretwitzen, den 14 Augusti anno 53.

Wir haben ewer erstes schreiben, so uns bei ewerm diener Balthasarn geworden, auch das itzige, wie wir gleich von Krackaw ufbrechen wollen, bekhommen. Nun haben wir das erste vorlesen und inhalts verstanden, mussen aber in warheit bekennen, das wie wir ewer ander schreiben in handen gehabt und vorlesen wollen, denselben brif sampt den brillen, weil unser haus, wie ewer diener gesehen, voller leuthe gewesen, mit denen wir uns gesegnet, auf den tisch gelegt und durch solch valediciren abgehalten worden, ewer schreiben zu vorlesen, und nit wissen konnen, wo es sampt den brillen hinkhommen. Begeren derhalben gnediglich, wollet euch solchs nit zu ungnaden und ander gestalt, das es des vielen uberlaufs halben geschehen sey, von uns vormercken. Aus ewerm ersten schreiben aber haben wir, wess ir in dem- (*f. 190*) selben anzeigen, euch bedancken, auch ewers zustandes halben vormelden und entlich ewer schuld halben bitten thut, verstanden. Weil wir euch dan mit allen gnaden gewogen und nicht gerne derselben entsetzen wollen, als seindt wir in gnaden mit euch zufriden, das solch geldt aufs jar erleget oder mit ochsen, wie ewer gelegenheit ist, bezalet werde. Wie aber mit dem andern ewern schreiben, wie vor angezeigt, der unfal gescheen, hat uns ewer diener ungevherlich desselben inhalts vormeldet, wie ir euch erstlich ewers aussenbleibens entschuldiget, und nit lieber gesehen, dan ir euch mit uns zu Krackaw sehen und sprechen mogen; welchs wir warlichen nit weniger als ir begirig gewesen, und wir euch, weil ir durch ko[niglich]e geschefte vorhindert, entschuldiget wissen.

Das der junge her mit den Thattern, wie auch in ewerm ersten schreiben gemeldet, abermahls ein fal gethan, konnen wir nicht loben, das derselbe junge her in solchem vornhemen und desselben gemut wider diejenigen, von deme[z] ime und den seinigen alle wolfart widerfharen, in feindtlichem vorsatz und dermassen erzeigen sol, welchs dan der untrewheit schuldt und itzo der weldt lauf. Dabey wirs beruhen lassen.

Und mogen euch daneben nicht pergen, das uns unsere muhme, die fraw Odrowaschin[1], geschrieben, wie sie euch das geldt, so sie uns schuldig gewesen, gantz und gar erlegt, hinwidderumb aber die schein und brife, so wir euch zugeschicket, und ir der frawen in uberantwortung des geldes zustellen sollet, nit empfangen. Derhalben gebeten, wir in ein quitantz geben wollen, auch durch ko[niglich]e confir- *(f. 190)* mation bestetigen[a] lassen. Nun were uns solchs nicht beschwerlich gewesen, do wir eigentlichen gewust, sich solchs irem anzeigen gemess erhielde, ir das geldt bekhommen, sie auch die brife von euch nit[b] erlanget. Begeren derhalben gnediglichen, wollet uns solchs, wie sichs darumb erhalte, durch ewer schreiben vorstendigen. Dan so die fraw die brife empfangen, ist keiner quitantz notig; wo aber nicht, so wollet ir solche, wie wir uns dan zun euch vorsehen, ir dieselben, so euch das geldt erleget, nit vorhalten werdet, folgen lassen. Hinwidderumb was ir der frawen die brif uberantwortet, euch ein quitantz, das ir solche von euch zugestellet worden geben lassen.

Letzlichen wie wir durch ewern dienern gebethen, wir euch bei dem hern undercantzler[2] mit unsern fordernusschriften behulflich sein wolten, domit von ko.mt. euch ewer alter dienst dieses vergangenen jhares bezalet und erlegt werde, als haben wir derwegen an hern undercantzlern unsere gnedige[n] fordernusschriften ewerm diener mitgegeben, dan euch sonsten in mhererm gnediglichen willen zu erzeigen seindt wir gewogen. Und wolten euch das auf ewer schreiben in gnaden zu antwort nicht pergen.

Ex commissione propria
Idem audivit.
Abel D.

a) *correctum ex:* bestellen
b) *suprascriptum.*
z) *sic in ms.*

1) *Anna dux Masoviae, vidua Stanislai Odrowąż, palatini Russiae († 1545).*
2) *Ioannes Przerembski.*

*N. 3944.*

*Miechoviae, 15.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro Georgii Ferber relicta vidua, a creditoribus defuncti mariti sui nimis vexata, intercedit et rogat,* «ne de suis bonis, quae ad maritum attulit, creditoribus mariti satisfacere cogatur, cum omni iure cautum sit..., ut hoc beneficio miserae viduae post obitum maritorum suorum gaudeant et dotes salvas retineant».

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 555-556.*

*N. 3945.*

*Secemin, 15.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro hospite suo, Stanislao Płaza, intercedit, ut villam quandam oppignoratam hereditario iure adipisci possit.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 556-558.*

Regi Poloniae, XV Augusti.
Petit, ut hospiti suo, Stanislao Blassae, impignoratam villam iure hereditario concedat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quotiescumque a S. Regia Maiestate Vestra ego Cracoviam vocatus eo iter instituerim, indeque regressus sim, me cis Mechovam, cum propter itineris dierumque oportunitatem alio diverti commode non licet, hospitem nomine Stanislaum Blassa ex nobilium ordine reperisse talem, a quo semper humaniter exceptus adeoque laute in aedibus suis tractatus sim, ut nihil supra. Pro qua benevolentia cum vicissim me gratum exhibere praestitorumque beneficiorum non immemorem esse decet, verum hactenus ea mihi occasio non oblata, adeoque impossibile sit, ut liberalitatem eam dicti hospitis pro merito satis compensare possim, fretus itaque S. Regiae Maiestatis Vestrae [*f. 557*] clementia, qua hactenus me, ut Principem suum vasallum, complexa est, committere non potui, quin S. Regiam Maiestatem Vestram hisce interpellarem, non dubitans S. Regiam Maiestatem Vestram preces meas benigne exaudituram esse.

Significavit mihi supradictus Stanislaus Blassa sincere nobis dilectus, nobilem viduam quandam nomine Blassinam, cognatam suam, villam quandam Malesciza dictam maiori pecuniae summa, quam villa ea valeat, ad tempus vitae suae oppignoratam tenere. Quae cum bonis suis sit contermina, maximopere a me petiit, apud S. Regiam Maiestatem Vestram pro se intercedere velim, quo a S. Regia Maiestate Vestra villam eam hereditario iure consequatur, velle se cum memorata vidua pro pecunia oppignorata transactionem facere, idque permissu S. Regiae Maiestatis Vestrae facile impetraturum esse. Qua in re cum homini bene de me merito libenter gratificari cupiam, minimeque dubitem S. Regiam Maiestatem Vestram id clementer precibus meis concessuram esse, quam possum precibus supplicibus S. Regiam Vestram Maiestatem rogatam facio, ea propter exhibita [*f. 558*] mihi beneficia viro bono suisque successoribus villam eam oppignoratam hereditario iure clementer concedere dignetur, seque erga ipsum ut clementem Regem exhibere, quo saepe dictus Blassa hanc intercessionem meam sibi non inutilem pondusque apud S. Regiam Maiestatem Vestram habuisse sentiat. Hoc pro summo talique beneficio non secus, quam si a S. Regia Maiestate Vestra mihimet ipsi praestitum fuisset, reputaturus sum seduloque operam daturus, ut perpetua gratitudine, omnibus officiis ac servitiis debitis id promereri queam, iterum atque iterum obsecrans, S. Regia Maiestas Vestra virum illum bonum voti compo-

tem facere, mihique hac in re animi sui voluntatem literis suis clementer perscribere ne gravetur. Quod reliquum est, S. Regiam Maiestatem Vestram bene feliciterque valere cupio. Datae Czercemin ut supra.

Ex commissione Principis propria
Idem audivit
A.D.

*N. 3946.*

*Secemin, 15.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Stanislao Płaza* (Plassa)
*litteras in causa eius ad regem scriptas (cfr. N. praeced.) transmittit.*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 558-559.*

*N. 3947.*

*Secemin, 16.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*pro Stanislao Płaza, qui se in itineribus suis hospitio pluries exceperat, intercedit et rogat, ut causam eius ita regi commendet, quo bona quaedam oppignorata iure hereditario obtinere queat.*
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 188-189.*

An her Terlen, den 16 Augusti anno 53.

Nachdem wir diese bottschaft an euch gehabt, haben wir nicht umbgehen konnen, euch als unsern in sonderen zugethanen mit diesem schreiben zu ersuchen, gnedigst begerende, ir wollet uns mit zufelliger bottschaft eweren zustandt wissen lassen.

Dieweil wir auch heute bei ewerm schwagern und freunde, Stanislao Blassa, uber nacht gelegen, der uns und unsern mithabenden dannest, so wie auch alwege, wan wir bei ime gelegen, [*f. 188v*] alle ehre und guttat bewiesen, wolten wir uns auch jhe gerne gegen ime hinwider den danckbaren erzeigen. Wiewol aber in unserm vermogen, ime vor die erzeigte guttat danckbarkeit, wie es sich wol eigent, ze thun, nicht ist, haben wir doch erfaren, das nahent an seinem gutte ein ander gut gelegen, des an seiner freundin, einer wittwen, zu irem leben in vorpfendung siehet, und die pfendung hoer dan das gut wert sein solle, als haben wir benenten ewern schwagern an die ko.mt. zu Polan etc. zum fleissigsten schreiben und vorbetten, das ime solchs seiner freundin vorsetztes und ime nahe gelegenes gutt erblichen aus gnaden vorschrieben und gegeben werden mochte, wie dan one zweifel das weiter wol bemelther ewer freundt berichten wirdt. Derhalben begeren wir auch mit gnaden an euch, ir wollet oft genantem ewerm freunde hierinne umb unserntwillen, auch in ansehung, das ehrs umb uns wol vordienet, beholfen sein und bei der ko.mt. zum treulichsten

anhalten und befurdern helfen, damit von der ko.mt. ime das obgerurte vorpfendete gut erblich aus gnaden gegeben und vorschrieben werden mochte. Das wollen [*f. 189*] wir umb die ko.mt. als der schuldige lehensfurst in gehorsam und freundtlichen trewen vordienen. Daneben begeren wir mit gnaden, ir wollet uns mit dem besten der ko.mt. und allen konigin, wie ir das am besten zu thun wisset, bevhelen.

So auch etzwas von newen zeitungen bei euch ankeme, wollet uns dieselb zufellig mittheilen. Das alles seindt wir in gnaden. Datum Zetzemin.

Ex commissione Principis propria
Hen. S[tendrich]

*N. 3948.*

*Sochaczew, 21.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*de negotio nepotis sui, marchionis Alberti iunioris, equites Polonos conducere cupientis, se ad regem scripsisse nuntiat et quaesivisse, cuiusmodi responsum ei dandum sit; litteras ad regem et Regni cancellarium scriptas mittit et rogat, ut eas ipsis tradendas curet; bonam valetudinem ei a Deo exoptat et se regi ac reginae commendari iubet.*

*Autogr. Sigill.*

*HBA, B, K. 1175.*

Gnad, frid und barmherczigkeit von Got unsserem vatter und von seinem eingebornen sone Iesu Christo unsserem herren, der uns worden ist eine weisheit von Got und zur gerechtigkeit und zur heiligung und zur erlosung, und hat uns erloset durch sein plut und verseczet in das reich seiner herlicheit, das wir sind seine wohnung zu seinem preis und zu ehre seines vatters, der wolle uns auch in seinem erkantnus durch seinen heiligen geist ymer ie mehr stercken und wachsen lassen, bis wihr kumen aus disem iamerthal zum schawe des, so wihr nu glauben besiczen. Amen.

Geliebter her hofmeister, guter freunt.

Es treget sich zu, das mihr mein lieber son und vetter, marggraff Albrecht der junger etc., wy ich unterwegen anheims durch gotliche gnad mich zu begeben, geschriben, wy ir ane zweifel aus k.mt. schreiben zu erfaren, in dem er sich beclaget wider in Got ruhenden kurfursten herczog Moriczen[1] und hernachmols den behemischen canczler, als den von Plauen[2], beschleusset, er werde getrungen sich wider zu rusten, begeret an mich, ich wolle im 200 polnischer hussarischer rustung aufpringen helfen unde zuschicken etc. Warumb ich verursachet, k.mt., m.g.h., solches mitzudeylen, und von s.mt. was ich thun solle ader lassen mich zu erkunden, unangesehen, ab ich mich aus verloffenem wol besorge, wenig erhalten moge, wil ich doch lieber mit k.mt. vorbewust handeln und so zugelassen, das s.l. solche pferde aufzupringen nicht gehindert solt werden, das ich mich mit widerantwort darnach zu richten.

Schicke euch hirneben den briff an k.mt., auch an den canczler[3] zu und bitte, ir wollet si uberantworten lassen, und wo ir meinem lieben son und vettern bey k.mt. dinen kunte, das ir solches nicht nachlassen wollet.

Hab hirneben nicht nachlassen kunnen, dyweil ich mich zu dem lieben Got verhoffe, das ir nunmehr wider zur gesuntheit kumen, das ich dyselbigen hiemit besuchen wolte, den lieben Got bittendt, er wolle euch mihr zu sonderm trost an leib und sele stercken, langwiriche gesuntheit und langes leben, ewige und zeitliche wolfart verleihen zur sele, ehre, leib und gut, und bitte, wollet mihr ewern zustandt bey zeigern auch mitdeylen, und wy es euch in dem newen ambte gehet, nicht weniger auch was bey euch furzeitig.

Wollet mich auch allen k.mt.ten mit wunschung gotlicher gnad, ewiger und zeitlicher wolfart, langen leben und gesuntheit sambt erbitung williger und schuldiger dinst auf das trewlichste befolen sein lassen und mich iren mten auch befelen. Befele euch hiemit gotlicher gnaden und bitte, wy sich nicht wol mein gut freunt kegen euch in itzigem ambt verhelt, der mein gesegen in schtos nicht annemen wollen, sunder mich in der herberich selbst gesegen wollen. Kan aber abnemen, fyl gescheft verhindert haben. In eile[a] Sachaschewa den 21 Augusti anno 1553.

Albrecht der elter marggraff, in Preussen
etc. herczog etc.

*In dorso alia manu:* Dem edlen und ernvesten, unserm besonder lieben Gabrieln Terla, ko.mt. und der Chron Polann obersten vorschneyder und heuptmann uff Chelm.
Zu eigen handen.
53.

a) *sequitur expunctum:* Sache
1) *Mauritius elector Saxoniae († 11.VII.1553).*
2) *Henricus Reuss a Plauen, cancellarius Regni Bohemiae.*
3) *Ioannes Ocieski.*

*N. 3949.*

*Sochaczew, 22.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae,*
*de proelio ab Alberto iuniore, marchione Brandenburgensi, cum Mauritio duce Saxoniae et Carolo ac Philippo ducibus Brunsvicensibus commisso; de eiusdem marchionis Alberti proposito copias suas augendi etc.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 559-563.*

Regi Poloniae, XXII Augusti.
Scribit de proelio, inter Marchionem Albertum ex una, et Mauritium Saxoniae, Carolum et Philippum Brunsvicenses necnon Luneburgenses Duces altera partibus, commisso. Item petere Marchionem Albertum duo millia equitum Polonicorum aere suo conducenda, vel quid visum ea in re sit S. Regiae Maiestati Suae.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.
S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, in itinere meo in Prussiam ab Illustri Principe, patrueli ac filio mihi charissimo,

Domino Alberto Iuniore, Dei gratia Marchione Brandenburgensi, literas, XVI Iulii [*f. 560*] in Bremen editas, ad me pervenisse, quibus scribitur:

Posteaquam Illustritas Sua, pro initorum cum S. Caesarea Maiestate contractuum conservatione subditorumque suorum defensione, praeter voluntatem in armis esse ac adversus Bambergensem[1] et Wurthbergensem[2] Episcopos, qui, uti prius fama innotuit, una cum Norinbergensibus aliisque confoederatis ab Illustritate Sua defecerunt, defensionem legittimam suscipere coactus sit, tandem Electorem Mauritium Saxoniae Ducem una cum Cancellario Bohemico a Plauen dicto, praeter ullam Illustritatis Suae datam culpam, contra omne fas ac aequitatem, se quoque negotio illo alieno implicuisse. Id quidem etsi Illustritas Sua, pro data literarum fide mutuaeque benevolentiae declaratione, sibi nunquam in animum inducere potuerit, aliudque quidvis ac omne bonum de memorato Saxoniae Duce persuasum habuerit, tamen ex inopinato Illustritati Suae literas denuntiatorias, ut vocant, sub amborum, cum Ducis Saxoniae, tum dicti Cancellarii sigillo editas, ante sex demum dies commissae pugnae missas esse. Quod ita fieri Illustritas Sua tum passa sit, Deoque omnipotenti rem commiserit. Insuper vero subsequutum, ut cum alter alterum more militari insectatus, forteque fortuna convenissent ac rem armis experiri conati essent, tandem IX Iulii utrinque manus conseruisse, in eaque pugna, quamvis Illustritas Sua [*f. 561*] infelici Marte hostibus cedere coactus sit, attamen Electorem Mauritium una cum duobus Philippo et Carolo Braunswicensium necnon Luneburgensium Ducibus occubuisse.

Quorum vicem admodum se dolenter ferre scribit, illisque ex animo favere ac optare malle, ne, isto praedictorum Episcoporum ac Norinbergensium negotio ad eos nullo modo spectante, se adiunxissent, illudque missum fecissent. Quo facto, nequaquam rem eo redactam, multorumque innocentium ac proborum hominum sanguini parcitum fuisse. Nunquam enim Illustritatem Suam in mentem sumpsisse tranquillitatem Germaniae perturbare, verum semper id elaborasse, quo magis communis Reipublicae salus, pax atque concordia conservaretur. Utut autem se res habeat, cum tanto desiderio illi interitum Illustritatis Suae quaesierint, eoque omnes nervos intenderint, ut Illustritatem Suam propulsare ac omnino opprimere possint, se defensionem legittimam, iure divino ac gentium concessam, suscepisse, easque porro rationes inire necesse habere, quo iniustam vim arcere ac tandem cum suis in pace rerumque tranquillitate vivere queat.

Propterea cum [*f. 562*] Illustritas Sua, summa necessitate adducta, copias suas militares augere ac denuo exercitum conscribere in animo habeat, maximopere a me petiit, in necessitate ea Illustritati Suae subvenire auxilioque esse velim, ut quam primum duo millia hussaricorum vel Polonorum equitum suo aere conductorum Illustritati Suae in subsidium mittantur. Quandoquidem autem hactenus praeter S. Regiae Maiestatis Vestrae voluntatem ac consilium nihil susceperim, neque adhuc ignorante S. Regia Maiestate Vestra quicquam moliri velim, idcirco ea, uti a patrueli ad me perscripta sunt, S. Regiam Maiestatem Vestram celare non debui. Ac S. Regiam Maiestatem Vestram vehementer rogatam facio, ea consilium suum, quidque hac in re S. Regia Maiestas Vestra factu opus iudicet, mihi clementer communicare meque, num S. Regia Maiestas Vestra patrueli meo permittere voluerit, ut duo millia aut circiter hussaricorum equitum aere suo conducere possit, aliquem suorum, qui hosce educat, Illustritas Sua mittere debeat, quidve aliud S. Regiae Maiestati Vestrae visum fuerit, quam primum per praesentium exhibitorem literis regiis certiorem reddere [non] gravetur, quo S. Regiae Maiestatis Vestrae consilio animique

voluntate cognita, patrueli meo, quid eo in negotio Illustritati Suae expectandum sit, significare queam, Suaque Illustritas sentiat me rebus ac commodis suis, quantum permissu S. Regiae Maiestatis Vestrae [*f.* *563*] fieri liceat, ex animo prospectum velle. Quicquid autem S. Regia Maiestas Vestra fieri decreverit mihique mandaverit, id omnibus modis, uti vasallum et subditum Principem decet, enitar sedulo. Datae Zachaczowa.

Ex commissione Principis propria
Idem audivit.
D. Jonas et A.D.

1) *Vigandus (Weigand) de Redwitz.*

2) *Melchior Zobel, ep. Herbipolensis (Würzburgensis).*

*N. 3950.*

*Sochaczew, 22,VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*rogat, ut de valetudinis suae statu sibi perscribat; petit negotium Alberti iunioris, marchionis Brandenburgensis, regi commendari.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 563-564.*

Ioanni Ocieski, Cancellario, XXII [Augusti].

Petit de statu Magnificentiae Suae certior fieri. Commendat item negotium Marchionis Alberti.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Cum praesentium exhibitorem, servitorem nostrum, Cracoviam mitteremus, vacuum eum literis nostris ad Magnificentiam Vestram venire noluimus, quo occasione ea de Magnificentiae Vestrae statu atque incolumitate, qua nobis nibil potest esse iucundius aut gratius, certiores fieri queamus. Clementer itaque a Magnificentia Vestra desideramus, ea nobis valetudinis suae statum, numque sanitati pristinae integre restituta sit, literis suis significare velit. [*f.* *564*] Nihil enim est, quod Magnificentiae Vestrae tam ex voto succedere possit, quin id eidem[a] non melius faveamus magisque faustum ac felix esse cupiamus.

Ceterum Magnificentiam Vestram clementer celare nolumus [nos] ab Illustri Principe Domino Alberto Iuniore Marchione Brandenburgensi, patrueli ac filio nobis charissimo, hisce diebus literas accepisse, quibus Illustritas Sua maximopere petit, ut pro statu rerum suarum apud S. Regiam Maiestatem etc. amice intercedere velimus. Cuius nomine quid a S. Regia Maiestate petamus, Magnificentia Vestra ex literis nostris ad S. Regiam Maiestatem scriptis cognoscere poterit. Itaque Magnificentiam Vestram amice rogamus, ea causam hanc nostro memoratique patruelis ac filii nobis charissimi nomine sibi diligenter commendatam habere eamque, ut omnino nobis persuasum habemus, auctoritate sua, qua apud S. Regiam Maiestatem pollet plurimum, promovere velit, ut quam primum a S. Regia Maiestate benigne responsum accipere possimus ac patruelis noster intercessionem eam apud S. Regiam Maiestatem pondus habuisse sentiat. Quicquid autem eo in negotio S. Regia Maiestas decreverit, Vestraque Magni-

ficentia praestare ac a S. Maiestate Regia impetrare poterit, id amice literis suis nos certiores facere velit. Factura in eo rem nobis ac patrueli nostro longe gratissimam mutuaque officiorum benevolentia sedulo compensandam. Datae Zachazowa, XXII Augusti.

Ex commissione Principis propria
Idem audivit.
A.D.

a) *in ms.* eaedem

*N. 3951.*

*Sochaczew, 22.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*rogat, ut a cancellario Regni [Ioanne Ocieski] impetrare conetur, quo equus, eidem cancellario iam promissus, a capitaneo Sochaczeviensi sibi vendatur.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1403.*

*Ostpr Fol., vol. 45, f. 191.*

*N. 3952.*

*Wyszogród, 23.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*reginae Bonae stabuli magistro*
*de equis sibi a regina donatis eam laudem, quae eis ab ipso tributa est, non merentibus.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 580-581.*

Sacrae Reginalis Maiestatis stabuli magistro, XXIII Augusti[a]).
Scribit equos sibi a S. Reginali Maiestate donatos eam laudem non mereri, quam ille tribuerit eis. Petit, alio tempore memor ut sit huius rei, et quod nunc neglectum est, compensetur.

Salutem et benevolentiam nostram.
Nobilis et Generose, singulariter nobis dilecte.
Intelleximus a Generositate Vestra, cum Cracoviae essemus, nobisque ea nuntiaret S. Reginalem Maiestatem, Dominam nostram clementissimam, nobis duos equos dono daturam esse, Maiestatem eius id mandasse, ut equi boni, omni vitio et macula carentes, [*f. 581*] nobis traderentur, eosque, qui ad nos deducti sunt, plurimum a Generositate Vestra commendatos esse. Pro qua S. Reginalis Maiestatis clementissima in nos voluntate merito Maiestati eius gratias magnas egimus, semperque referre debemus, ac munus illud nomine Maiestatis eius charum habere. Verum Generositatem Vestram celare non possumus equos illos laudem istam, quemadmodum a Generositate Vestra praedicati sunt, non mereri, Sacraeque Reginalis Maiestatis mandato parum satisfactum, ac Generositati Vestrae, quales ii fuerint, forte non incognitum fuisse.

Quam primum enim Cracovia egressi sumus, vidimus maiorem illum pedibus infirmum ac ad labendum facilem, alterum minorem pede uno posteriore ex sinistro latere adeo vitiosum et corruptum, ut vix procedere potuerit. Quod Generositati Vestrae eam ob causam significare volumus, non quod munus illud regius contemnamus, verum cum S. Reginalis Maiestas singulis annis duobus equis nos prospecturam clementer pollicita sit, Generositas Vestra regiae huius promissionis non immemor sibi, quales equi nobis traditi sint, in animum revocare ac (*f. 582*) quod nunc praetermissum, tum compensare possit. In eo quo Generositas Vestra se promptiorem praestiterit, eo magis id nobis charum atque gratum erit, ac propensa erga Generositatem Vestram voluntate demerebimur. Datum Wischegradi ut supra.

Ex commissione Principis propria
Idem audivit
A.D.

*N. 3953.*

*Raciąż, 23.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*reginulis Poloniae: Sophiae, Annae, Catharinae,*
*pro salutatione per capitaneum Wyszogrodensem nomine earum sibi relata gratias agit et obsequia defert.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 646.*

*N. 3954.*

*Raciąż, 24.VIII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*gratias agit pro hospitalitate, qua a capitaneo reginali in Wyszogród exceptus est.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 565-566.*

*N. 3955.*

*Hollandt, 4.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*litteras marchionis Ioannis transmittit; rogat, ut de pace inter Albertum iuniorem, marchionem Brandenburgensem, et principes ei adversarios ineunda apud regem Romanorum agat.*

*Cfr. El. XXXI, N. 603.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 569-570.*

Regi Poloniae, IIII Septembris.
Mittit litteras Marchionis Ioannis. Item petit, ut apud Regem Romanorum de pace inter Albertum Marchionem et suos adversarios constituenda agat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.
Non ignorat S. Regia Maiestas Vestra, quid superioribus diebus, cum Cracoviae essem, de eiusdem sententia ad Illustrissimum Ducem, Dominum Ioannem Marchionem Brandenburgensem, de matrimoniis quibusdam scripserim. Iam cum ab Illustritate Sua hoc die responsum obtinuerim, nolui intermittere, quin id ipsum S. Regiae Maiestati Vestrae communicarem, et quidem ipsum originale [*f. 570*] scriptum transmitterem, ut quid rei sit, S. Regia Maiestas Vestra cognoscat. Et quoniam inter alia fit mentio de Marchione Alberto Iuniore et de statu rerum suarum, quod collectis novis copiis denuo cum suis adversariis, qui et ipsi numerosum habere dicuntur exercitum, depugnare statutum habeat, ut verendum sane sit, ne maior christiani sanguinis effusio subsequatur. Itaque, tametsi non dubito, quin S. Regia Maiestas Vestra, ad priores preces meas hoc nomine factas, apud Serenissimum Romanorum Regem[1] pro contractu faciendo et pace stabilienda clementer operam navarit, tamen quia S. Regia Maiestas Vestra multis gravibus hoc tempore negotiis occupata est, duxi eandem iterum huius rei admonendam, petoque etiam atque etiam enixe, S. Regia Maiestas Vestra, uti Rex christianissimus, eam rem apud Serenissimum Romanorum Regem etiamdum accurate agere non dedigentur, ut tandem pax et tranquillitas in Germania constituatur, tanta christiani sanguinis effusio cesset et isti bellorum tumultus consilescant. Id S. Regiae Maiestati Vestrae honorificum apud omnes nationes nomen pariet, et ego omnibus summis studiis et officiis conabor promereri. Quam Christus Optimus Maximus cum Serenissima Regina, coniuge dilectissima[2], diu salvam, superstitem atque fortunatam esse velit. Datum in arce nostra Hollandt.

Relatio Cancellarii
Idem Principi legit.
C.S.

1) *Ferdinandus I.*
2) *Catharina.*

*N. 3956.*

*Hollandt, 4.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*rogat, ut originales marchionis Ioannis litteras, cum eas rex perlegerit, sibi remittat; item ut ad schedulam, litteris regiis inclusam, responsum impetret.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1407.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 567-568.*

Ioanni Ocieski, Cancellario, 4 Septembris.
Petit literas Marchionis Ioannis sibi remitti et ad cedulam literis regiis inclusam responsum.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Quid ad nos Illustrissimus Princeps, Dominus Ioannes Marchio Brandenburgensis, patruus noster charissimus, hisce diebus scripserit, id Magnificentia Vestra ex ipsis literis, quas S. Regiae Maiestati, Domino nostro clementissimo, transmisimus, cognoscet. Quoniam autem id ipsum originale Marchionis scriptum vicissim apud nos esse cupimus, itaque Magnificentiam Vestram amice rogatam facimus, ut cum S. Regia Maiestas eas literas perlegerit, det operam Magnificentia Vestra, ut nobis cum [*f. 568*] isto nuntio remittantur. Quod ad cedulam, quae literis regiis inserta a nobis [est], attinet, amanter petimus, Magnificentia Vestra iustas causas nostrae petitionis consideret ac efficiat, ut voti nostri (quod aequum iustum est) compotes reddamur. In Magnificentiae Vestrae amicis studiis compensabimus. Quam bene feliciterque valere percupimus. Datae in arce nostra Hollant.

C.S.

*N. 3957.*

*Hollandt, 4.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Kościelecki, palatino Siradiensi, Maioris Poloniae capitaneo,*
*rogat, ut subdito suo Stephano Claugen reddantur merces sub iurisdictione eius a Georgio Ritter illi arrestatae.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 566-567.*

*N. 3958.*

*Hollandt, 4.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*episcopo Vladislaviensi [Ioanni Drohojowski]*
*intercedit pro subdito suo Stephano Claugen, ut iuxta decretum regium merces illi sub iurisdictione eius arrestatae restituantur.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 568-569.*

*N. 3959.*

*Hollandt, 5.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*episcopo et palatino Plocensibus [Andreae Noskowski et Felici Srzeński]*
*mittit novam commissionem regiam de lustrandis inter Regnum Poloniae et Ducatum suum Prussiae finibus.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1411.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 572-573.*

Episcopo et Palatino Plocensibus, coniunctim et divisim, V Septembris.

Mittit regiam commissionem ad lustrandos Mazoviae fines, petitque eam ad rem inchoandam diem sibi assignari.

Officia nostra amica et quicquid grati praestare possumus.

Reverende in Christo Pater, [*f. 537*] Magnifice ac Generose, Amici sincere nobis dilecti.

Reverendam Paternitatem ac Magnificentiam Vestram amice celare non possumus, quod Serenissimus Rex Poloniae, Dominus noster clementissimus et consobrinus charissimus, precibus nostris et ipsa quoque necessitate motus, iterum nobis commissionem hanc de lustrandis ac terminandis finibus inter Regnum Poloniae et Ducatum nostrum Prussiae dare dignatus est. Quam hisce literis Reverendae Paternitati ac Magnificentiae Vestrae insinuandam duximus, amice ac vehementer petentes, Reverenda Paternitas ac Magnificentia Vestra dignentur de termino commodo inter se deliberare ac statuere, nobisque vicissim, quo tempore quove die Reverenda Paternitas ac Magnificentia Vestra inchoandam finium lustrationem terminationemque, quove in loco primo incipiendum existiment, perscribere, ut nostros eo commissarios et plenipotentes ablegare possimus. Hoc nobis Reverenda Paternitas ac Magnificentia Vestra gratissimum fecerint. Quod amicis studiis compensabimus. Cupimus Reverendam Paternitatem ac Magnificentiam Vestram bene feliciterque valere. Datae in arce nostra Hollant.

C.S.

*N. 3960.*

*Hollandt, 5.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*bonam valetudinem ei exoptat et ob novi muneris [scil. magistri curiae reginae Catharinae] collationem gratulatur; de argento ad cudendam monetam sibi a rege negato queritur; rogat, ut negotium Alexandri Sculteti regi iterum commendet; vina reginae mittere cupiens, edoceri desiderat, cuiusmodi vina reginae magis placeant, etc.*

*Autogr. Sigill.*

*HBA, B, K. 1175.*

Gottes ewige gnad, frid, segen und barmherczigkeit zuvor.

Gunstiger, guter freund, lieber her hofmeister.

Zu dem lieben Got hoffe ich, er hab durch sein milde gnad euch zu volliger gesuntheit verholfen. Solches aber zu erfaren hab ich nicht nachlassen wollen, euch und ewer gesuntheit mit diser meiner hantschrift zu ersuchen, den lieben Got bittendt, er wolle euch alles das verleihen, das euch zu leib, sehle, ehre und gut amb nuczten sey. Amen. Und so es euch auch in ewerm newen ambt[1] nach gefallen erging, wehre mihr auch hochlich erfrewlich, euch aber als meinem guten freunde kan ich vertrewlich nicht pergen, das ich in disem zug in grosser hofnung gestanden, es solten alle meine irrige sachen durch k.mt. gnad sich gepessert haben, so bin ich leider ein gauffe ausgezogen, also kum ich auch widerumb heimb, den domit mehrern theil

hab ich aufzuglich antwort erlanget. Got weis, wen ein reichsdag wurt, und do es offentlich wider dy vertreg dy handlung und wandlung zwische[n] k.mt. und mihr und unssern landen nicht alleint geben, sunder auch gehabt wollen, hat k.mt. mihr abgeschlagen durch kaufleut meine silber zur muncz durch und aus kuniglicher Kron mihr frey zu holen sein solten, und spricht, es sey wider dy statuta. Warumb hat mans den in dy vertreg geseczt und wollen, das in allem zwischen der Kron und Preussen freihe handlung sein sollen?

Zum andern hab ich nicht alleint zu Krackaw, sundern zuvor in Danczig ein furbit gethon fur einen, heist Sculteti[2], do mihr k.mt. in gnaden zugesagt, es sol im gleit zu ferhor geben werden, mihr zu Danczig auch befolen, was ich im schreyben solte, das ich auch gethon. Itzundt, do ich zu Krakaw s.k.mt. abermols erinderung gethon, haben s.mt. in meinem angehor selbst erkant, es sey christlich und recht, das man in gleite, s.mt. wolte es auch thun, wolte auch mit dem von Helspergk[3] daraus reden, es sol kein not haben. Wis geschicht aberst, ab mihr wol k.mt. fyl gnad verheischet, bedes muntlich, auch durch euch filmols zuschreiben lassen, was volget, k.mt. hat kein acht darauf, was sy mihr zu schreiben befolen, domit sy mihr ier mt. selbst zu ehren wes befelichs erinderte und bedochte, sunder was vohr zugesagt wurt, nun gancz abgeschlagen, und mus ich mit urlaub ein lugner dardurch werden, das ich noch nie bezugen. Ist das nun dy gnad, dy mich s.mt. vertrostet, und dy ehre, domit s.mt. mich filfeltig durch ewer selbst schreiben begnadet und als einen vatter mich anzeichet? Kan ich nicht sehen und gebe euch, s.mt. getrewem diner, rat und ambtman, zu erkennen, ab ich grosse gnad zu erscheffen hab, ader nicht glage es euch als meinem guten freundt, und besweret mihr mein hercze, das ich sol spuren, wen man mihr den hogsten trost gibt, wy alwegen, wen ich bey k.mt. gewesen, beschehen das, das widerspil erkant sol werden. Musse es aber Got befelen, des wil geschehe wy im himel, auch auf erden. Amen.

Dem Hern sey lob, der mich mit gesunt widerumb zu den meinen gepracht, dy ich auch, im sey lob, alle gesunt gefunden.

K.mt., m.g.frawen[4], wil ich und solle irer mt. dy wein zukumen, und wil mehr den ein art schicken, domit ier mt. zu welen, welche irer mt. mundt am besten schmocken, und mihr solche anzusagen haben. Wil ich also der diner an meinem fleis nichts erwinden lassen, alleint eins bitte ich, das mein diner bescheiden werde, ab k.mt. zu Krackaw nicht angetroffen, wes er sich mit den weinen weiter halten solle, dem er zu volgen habe. Und wolte auch bey beden k.mt[en] mit unterdenigem entbiten und erbiten in gotlichem wunsch auf das beste ausrichten mich iren mt[en] befelen sambt weib und kint, land und leuten k.mt., auch meiner g. frawen von meiner gemahel[5] und dochter[6] wegen auch gleichmessig ausrichten und m.g.h. sagen, ich hab s.mt. befelich an mein gemahel aufs trewlichst mihr muglich ausgerichtet. Des sich mein gemahel auf trewlich[s]t thut bedancken und befelen.

Kunt ir auch noch in obangezeigtem handel bey k.mt. mihr und den ich verboten, durch was mittel ir zu thun wist zum besten, was ausrichten und erlangen. Das stelle ich euch heimb und bitte, ir wollet das beste thun. Befele euch hiemit gotlicher gnaden. In eile und auszug Holandt den 5 Septembris anno 1553.

Albrecht der elter etc.

*In dorso alia manu:* Dem edlen und ernvhesten unserm besondern lieben Gabrieln Terla, koniglicher mt. zu Polan etc. hoffmeyster und hauptman uf Chelm.

1) *Gabriel Tarło a.1553 factus est magister curiae reginae Catharinae.*
2) *Alexander Sculteti, canonicus Varmiensis.*
3) *Stanislaus Hosius, episcopus Varmiensis.*
4) *Catharina.*
5) *Anna Maria.*
6) *Anna Sophia.*

## *N. 3961.*

*E Regio Monte, 10.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Catharinae reginae Poloniae*
*cum sibi notum sit eam* «fortia illa vina Ungarica» *perferre non posse, sex vasa parva vini Rhenensis ei dono mittit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXI, N. 609.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 574.*

## *N. 3962.*

*E Regio Monte, 10.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Erasmo Strauss, civi Cracoviensi,*
*pro summa 800 florenorum Cracoviae sibi mutuo data gratias agit et nuntiat se eandem summam ad statutum tempus ei Gedani restitui iussisse; dolet, quod in tali pecuniae restitutione controversia quaedam inter eum et mandatarium suum exorta sit; servitorem suum cum vinis Rhenensibus reginae adferendis mittit et rogat, ut – si servitor suus ad emenda vina Hungarica pecunia adhuc opus habeat – 150 florenos nomine suo ei mutuo dare velit.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 191v-192.*

## *N. 3963.*

*E Regio Monte, 10.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*acrioribus vinis Hungaricis reginae [Catharinae] minus placentibus, 6 dolia vini Rhenensis varii generis ad usum reginae mittit et rogat, ut ea nomine suo reginae porrigat.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLIII, N. 143.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 192-192v.*

N. 3964.

S.l., 14.IX.1553.

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*de necessitate transactionis cum Livoniensibus ineundae et archiepiscopo Rigensi mediatore hac in causa instituendo.*

*Cfr. El. XXXI, NN. 610, 621.*

*Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 78-81.*

An konig zu Polen, den 14 Septembris anno 53.

Serenissime Rex.

Non dubito S. Regiam Maiestatem Vestram clementer adhuc meminisse eorum, quae superiore anno, cum in his Prussiae terris esset, de unanimi societate et mutuis auxiliis inter Livoniae aliasque S. Regiae Vestrae Maiestatis terras contra Moscorum Ducem[1] conficiendis, quaeve praeterea mecum contulerit, qua item deinceps ratione per Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Rigensem, fratrem meum charissimum[2], hoc negotium Livoniense tecte insinuari et proponi curaverim. Atque eiusmodi tum obtigisse responsum, quod ab ea societate non alienum, sed in deliberationem positum esset, id ex literis meis, ad S. Regiam Maiestatem Vestram scriptis, tenere quoque illam memoria adhuc existimo. Quandoquidem autem et meo instinctu per alios homines privatos, sinceros autem et candidos, animi Livoniensium [*f. 79*] eius negotii nomine rationibus et modis ad hoc aptis tentati sunt, scribitur ad me hisce diebus spem affulgere aliquam conficiendi eius negotii. Et ut ea coniunctio eo rectius constituatur et firmius utrinque in posterum observetur, non abnuere fortassis Livonienses pactiones prius aequas et transactiones amicabiles cum S. Regia Vestra Maiestate suscipere de controversiis limitum Lithuaniae et omnibus iis, ad quae sibi et Ordini Teutonico in hisce Prussiae terris ius aliquod competere existimant. Ideoque edixisse illos iam conventum die Dominica post festum Martini proxima, in quo cum omnibus Livoniae ordinibus de his consultare et certi tandem aliquid unanimiter inter se statuere decreverint. Esse etiam nonnullos, qui sperent consensum et plenipotentiam Magistri Generalis in Germania[3] ad hoc non difficulter obtineri posse, ut cum maiori auctoritate et citra aliquod impedimentum transactio talis suscipi et effectum suum sortiri queat. Itaque petunt a me quo citius eo melius certiores fieri, quisnam S. Regiae Vestrae Maiestatis et meus ad haec omnia sit animus, ut praecognita utriusque nostrum voluntate in praedicto conventu ad eam rationes suas deponere et ei negotio eo rectius initum facere possint.

Additur et hoc in iisdem literis, facile passuros esse Livonienses, ut Reverendissimus Dominus Archiepiscopus [*f. 80*] Rigensis pro mediatore arbitrario amicabilis illius transactionis eligatur, tamen ne quid eius Illustritas citra ipsorum praescientiam, voluntatem et consensum agat.

Etsi autem haec omnia a privatis tantum personis scribuntur, ut earum firmitati non usque adeo innitendum sit, tamen a negotio non desistendum esse censeo, sed urgendum potius, ut vel in hanc vel in illam partem illi, penes quos summa eius est, animos tandem suos ex conventu supradicto edant et declarent.

Quoniam vero mihi non licet, nec convenit citra expressum S. Regiae Vestrae Maiestatis mandatum aliquid in hoc tam arduo negotio agere vel tractare, praecipue autem et ea de causa, quod S. Regiae Vestrae Maiestati fortasse meliores et commodiores rationes (quae mihi non constant) in promptu sunt, quibus ius suum de finibus et terris Prussiae demonstrare et defendere potest, distuli hactenus responsionem meam ad eas literas, donec retulissem illa ad S. Regiam Vestram Maiestatem. Quam officiosissime oro, dignetur mihi significare, utrum et ipsa Reverendissimum fratrem meum, Archiepiscopum Rigensem, ad transactionem amicabilem tam de limitum controversia, quam terris Prussiae, pro mediatore arbitrario eligi velit patiaturque, [*f. 81*] aut si quid aliud per me in eo ipso negotio agi cupiat. Ad ea omnia fidem et diligentiam meam debitamque observantiam offero. Ego quidem, pro meo tenui captu, praestare plurimum et ex re ipsa arbitror, si utrumque negotium per amicabiles compositiones transigeretur, quod commodissima deinde per hoc via ad constituenda mutua auxiliorum pacta et foedera descendi possit. Attamen haec S. Regiae Vestrae Maiestatis iudicio prudentiori relinquo.

Eiusdem S. Regiae Vestrae Maiestatis
subditus Princeps
Albertus senior Dux Prussiae etc.

1) *Ioannes IV Basilides.*
2) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*
3) *Volfgangus Schutzbar.*

*N. 3965.*

*E Regio Monte, 15.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*nova ex Germania sibi allata mittit; rogat, ut celerem expeditionem pueri sui veredarii, in negotiis nepotis sui, Alberti iunioris marchionis Brandenburgensis, ad regem missi, promoveat et optatum responsum regium obtinendum curet.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 575-576.*

*N. 3966.*

*E Regio Monte, 18.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, capitaneo Samogitiae,*
*petit, ut subdito suo permittat, ut hac vice aliquot solum boves ex trecentis, in usum aulae suae in Samogitia coemptis, sine telonei solutione expellere possit, reliquorum autem expulsionem in annum proximum sibi reservari cupit; poscit praeterea, ut litteras regias pro expellendis bobus sibi concessas, servato earum exemplo, sibi remittat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 576-577.*

*N. 3967.*

*E Regio Monte, 19.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Brzestensi [recte: Siradiensi], Maioris Poloniae capitaneo generali [Ianussio Kościelecki]*
*exemplum casu quodam deperditae commissionis regiae, in causa rapti a quodam Rychwalski argenti editae, ex originali mandato regio describi et sibi transmitti petit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1410.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 577-578.*

*N. 3968.*

*S.l., 21.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,*
*pro Bernardo Heidenstein et heredibus Lucae Harder, civibus Regiomontanis, ut ligna sumptibus eorum in nemoribus Samogitiae elaborata libere ab eis amoveri possint.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 578-579.*

*N. 3969.*

*Ragnetae, 25.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarło,*
*de Gabrielis Tarło meliore valetudine gaudet; profectionem regis in Lithuaniam non probat, et mallet, ut rex, si Cracoviae nunc esse non possit, Leopolim potius se conferret; de doctoris Ioannis Lang aegritudine dolet et ipsum nomine suo Cracoviae salutari iubet; equos vectores sibi suppeditari petit.*

*(Schedula: scire cupit, quo nuntios suos mittere debeat, qui regem per Korczyn et Łomża iter facientem salutent, et rogat, ut de valetudine Gabrielis Tarło certiorem se faciat).*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 192v-194v.*

An Bernhard Pohiebeln, den 25 Septembris.

Wir haben dein schreiben, den 5 Septembris datirt, gestern fur dato den 24 Septembris allererst bekhommen, dasselbe inhalts verstanden. Sonderlichen aber haben wir, das dein her[1] widderumb etzlicher massen seine gesundtheit erlangt, und auszugehen bedacht, mit g. frolocken vormerckt. Gonnen ime auch solchs mit g[nade]n hertzlich und wunschen von dem hoen allerliebsten Gott, ehr wolle inen furder durch seine barmhertzigkeit stercken, das ehr in solcher angefangener gesundtheit zunemen und

darinne seinem ampt zuvorderst zu erbreitterung gottliches lobs, seines heyligen worts und nhamens vleissig dienen, auch langwirig wolmogende in solcher gesundtheit wandeln moge. Wir haben auch, wess seine beschwer, aus seinem schreiben verstanden und ine darauf mit eigener handt beantwortet. Dabey wirs wenden lassen.

[*f. 193*] Das der zug in Littawen nach seinen fortgang viel leuthe denselben nicht gerne sehen, solchen aber, wie auch die cum titulo konigin selbst[2], nicht wenden konnen, das ist uns in warheit nicht lieb, und was wir ditzfals den grundt unsers gemuts eroffnen sollen, konnen wir solchs auch nicht loben. Dan jhe in geferlichen zeiten uf hoe personen mehr, weder andere geringes standes, ufachtung gehalten, were auch gewisse gerathsamer gewesen, do jhe s.ko.mt. zu Crackaw nicht sein wollen, das sich ir mt. nach der Lembergk begeben. Weil es aber nicht anders sein konnen, so muss es dem lieben Gott bevholen und demselben getrauet, dabey s[eine] almechtigkeit angerufft sein, daruf nicht zweifelnde, ehr werde der Chron Polan und allen derselben eingeleibten landen zu trost ire mt. sambt irer geliebten gemahl[3] und allen bey sich habenden fur aller gefahr gnediglich behutten. Ist auch wol zu gleuben, das etzliche leuthe, wie du schreibest, an dem furnhemen schuldig, es muss aber alles, wie gedacht, dem lieben Gott bevholen sein.

Und wiewol in bedacht der leuth, die man kennet, gelegenheit, auch sonsten auf die pronosticationes nit gentzlich zu bawen oder zu trawen, seind sie doch zum[z] zeit als mittel der warnung, dadurch soviel menschlich dem bosen furkommunge geschee, zu achten, wollen aber mehr uf die gnade des allerhohisten bawen und hoffen, er werde alles arge mit gnaden wenden.

[*f. 193v*] D. Langi[4] schwacheit haben wir gantz mitleidlich verstanden. Wolthen auch dem gutten, erlichen manne wol ein bessers mit g[nade]n gonnen. Weil es aber der liebe Gott also vorhangen, wil derselbe umb gnedige besserung angerufen und gebeten sein. Und ist unser bevhelich, wo ehr nach zu Krackaw, du wollest inen unserntwegen gnediglichen besuchen und ime von uns viel gnediges willens vormelden. Das wir mit den[z] zeldner zu Mechowa etwas ubersetzt, weiset sichs an im selbst, weil es aber gescheen, konnen wir nun nicht dawider.

Soviel den zeldner, so beiem starosten zu Zachatzowa ist, angehet, wollen wir dir nicht pergen, das uns bey dieser post der her grosscantzler[5] geschrieben und desselben zeldners halben sein volwort von sich geben, auch mit angehangen, das ehr uns nitt allein mit deme zelder, sonder auch mit allen seinen pferden gern wilfharen wolte. Weil wir dan fur unsern leib gern sanft gehende gutte zelder wolten, so wollest nach mit fleiss handeln, domit wir denselben, auch denen, so bey des bischoffs zu Krackaw[6] cantzler ist, wo ehr anders gutt, bekomen mugen.

[*f. 194*] Desgleichen wo die zwene wallachen, davon du schreibest, gut, zweifeln wir nicht, du werdest allen fleiss anwenden, damit wir sie, sowol auch die 15 stuck gutter turckischen macheyer, bekommen mogen, wolthen dir auch zu solchem gerne ein anzal geldes uberschrieben haben. Weil wir aber nicht wissen, wieviel du darzu bedarfst, haben wirs nicht thun konnen, sonder stellen es in deine trewheit, nicht zweifelnde, du werdest in allem deinen trewen fleiss anwenden, darob wir nicht ubersetzet, und dan bey den kaufleuthen, es sey Wunsam[7] oder andern, do dir bekandt, soviel geldes als du zu den rossen und macheiern bedarfst, uf wechsel ufbringen und uns forderlich zuschreiben. So seindt wir in gnaden erbuttig, alsbald wir dein schreiben bekhommen, solch geld zu Dantzig an diejenigen, do du

es hin vorschreiben wirst, zu erlegen. So wollen wir auch deines turckischen rosses erwarthen.

Was deinen handel und von uns die bescheene vertrostunge anlanget, sollestu gar keinen zweifel stellen, das wir deiner mit gnaden eingedenck, wie wir dan auch unsers abwesendes, als wir zu Krackaw gewesen, unserm diener B.G. bevhelich hinderlassen, mit fleiss den handel vortzustellen. Nun befinden wir, das gleichwol allerley hinderung, darob man nicht zum ende kommen mugen, furgefallen, haben aber itzo die wege fur, das es hoflichen numher nit lange anstehen kann. Vorsehen uns derwegen, du werdest nach mit einem kleinen verzuge gedult tragen, dan du an unserm gnedigen erbiten nichts zu zweifeln. Und wolten dir solchs etc. Datum Ragnit.

Ex commissione Principis
propria.
Bal[thasar] Gans secret.

[f. 194v] Cedula

Und nachdem uns auch dein her zu erkennen geben, das die ko.mt. uf die Kortzin[8] und Lumbsse[9] zu reisen bedacht, so wollest doch gewisse erkundigen, wo wir am sichersten unsere posten aus unserm furstenthumb an die ko.mt. legen und durch dieselbe ir ko.mt. ersuchen mochten. Daneben wollest uns auch, wie es mit deines hern beschwer (weil wir mercken, er andern leuthen, des uns zum hochsten betruben muste, zu reumen bedacht) eine gestalt, treulichen vorstendigen. Datum ut in literis etc.

z) *sic in ms.*
1) *Gabriel Tarło.*
2) *Bona.*
3) *Catharina.*
4) *Ioannes Lang, orator Ferdinandi I.*
5) *Ioannes Ocieski.*
6) *Andreas Zebrzydowski.*
7) *Ioannes Wunsam, mercator Cracoviensis.*
8) *Korczyn (Nova Civitas Korczyn).*
9) *Łomża.*

*N. 3970.*

*E Regio Monte, 26.IX.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Spytconi Jordan de Zakliczyn, R.P. thesaurario,*
*promissas ducentas oves, una cum opilione,* «pro oeconomia sua instituenda et amplificanda» *tandem mittit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, NN. 1384, 1409, 1414.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 579-580.*

*N. 3971.*

*S.l., 1.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*refert, quid nuntius suus in negotio matrimoniali filiarum reginae ex Germania attulerit.*

*Cfr. El. XXXI, N. 604.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 194v-195v.*

An die althe konigin zu Polann, den I Octobris.

Durchleuchtigste konigin, grossmechtige furstin, mein freundtliche dienste und was ich liebs und guts vermag, zuvorn.

Gnedige fraw und freundtliche, liebe geschwey.

E.Ko.Mt. schreiben, den 10 Septembris zu Warschaw ausgangen, ist mir durch kegenwertigen zeiger, E.Ko.Mt. cemmerling, den 29 dieses und uf meinem schloss Tilss uberantwortet. Nun verstehe ich aus dem schreiben, sowol auch aus ires cemmerlings mundtlichen anzeige, E.Ko.Mt. gnedige wunschung zu meiner und der meinigen gesundtheit. Fur dasselbe thu ich mich dienstlich und freundtlich bedancken. [*f. 195*] Wie aber E.Ko.Mt. weiter bithen, das E.Ko.Mt. ich, wo mein both aus Deudschlandt ankhomen, vormelden wolle, was in bewusten sachen ausgericht, nun wil E.Ko.Mt. ich dienstlich nicht bergen, das der, welchen ich an den cum titulo marggraf Hanssen abgefertiget, wider ankhommen. Und wiewol ich den brif und widerantwort nit bey mir habe, ist doch ungerferlich dies der inhald desselben, als das E.Ko.Mt. und den iren s.l. gern dermassen dienen wolte, dadurch s.l. gutter wille wircklichen zu spuren. S.l. aber angezeigt, das die bewuste person etzlicher massen am leibe mangelhaftig, also das dieselb person an einem schenckel nit gerade were. So nun die ko.mt. zu Polan, m[ein] g[nedigster] h[er] und f[reundtlicher] l[ieber] o[heim], sowol E.Ko.Mt. solchs nit schewet, wolten s.l. an ir mogliches fleisses nit erwinden lassen. Daruf hab ich bei mir bedacht, solte ich gegen s.l., marggraf Hansen, so weit und laut gehen und s.l. vormelden, das bede E.Ko.Mt. algereidt umb den handel wusten, das gleichwol allerley zu bedencken.

Derwegen ich widderumb zum andern an s.l. geschrieben, ich zweifelte nicht, s.l. wurde aus meinem vorigen schreiben verstanden haben, das des, wess ich tedte, alleindt von mir und aus meinem bedencken hergeflossen, domit E.Ko.Mt. bede, do der liebe Gott den handel zum vortgang schickte, unser, der marggraffen, treu und lieb gegen das ko[nigliche] haus zu Polan soviel mehr zu spuren. Derhalb, so bitte ich, s.l. wollen nach fleiss thun, domit von dem bewusten orthe s.l. die handlung in die handt gegeben. So zweifelte ich gar nicht, wan solchs beschee, die ko.mt. dasselbe in allen gnaden vormercken, auch an irem willen nicht mangeln sein wurde. Darauf zweifel ich nit, [*f. 195v*] s.l. uns forderlichen beanthworthen, auch unangesehen, das s.l. zuvorn itzige emporung der sachen etwas vorhinderlich sein mochten, geschriben, allen moglichen fleiss anwenden werden.

So hab ich an den andern orth meinen obermarschalck[1] selbst abgefertiget, welcher auch sonsten an mehr orthe, do unvoreehliche furstliche personen sein, fleissige nachforschung haben wirdt. Verhof mich auch seiner widerkunft zum lengsten uf Weinachten. Wess dan an allen orthen ausgericht, wil E.Ko.Mt. ich forderlich eroffnen. Und solle E.Ko.Mt. in keinen zweifel setzen, wo ich in diesem, wie auch anderm, E.Ko.Mt. und dem gantzen hause zun ehren dienen kan, das ich ider zeit der trewe diener und blutsfreundt befunden wil werden. Und bevhele E.Ko.Mt. sampt iren geliebten tochtern dem schutz gottlicher almechtigkeit.

Bal[thasar] Gans Secre[tarius].

1) *Fridericus ab Oelsnitz.*

*N. 3972.*

*E Regio Monte, 1.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Tomicki, castellano Rogoznensi,*
*quattuor falcones mittit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1416.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 591.*

*N. 3973.*

*E Regio Monte, 5.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Martino Zborowski, palatino Calissiensi,*
*filium eius sibi commendatum se libenter in album servitorum suorum recepisse et educationem eius curaturum esse nuntiat.*

*(Latine)*

*(Sub dato legitur nota:* Diese copei ist vorhalten wurden)

*Cfr. El. XXXIX, N. 1417.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 623-624.*

*N. 3974.*

*E Regio Monte, 7.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Eustachio Trepka*
*litteras acceptationis in servitium suum mittit et stipendium auget* («Quod vero servitia Generositatis Tuae attinet, permittimus, ut vitam Posnaniae degens, ad iussa et mandata nostra capessenda, sicuti literae acceptationis hisce inclusae volunt, Generositas Tua obligata nobis sit. Inde etiam eo clementiore animo stipendium annuum viginti florenis auximus»).

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 582-583.*

*N. 3975.*

*E Regio Monte, 15.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*aliquot turdos, primitias aucupii sui, dono mittit et optat,* «ut S. Reginalis Vestra Maiestas illis avibus cum Serenissimis suis filiabus salva et incolumis vescatur».

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXI, N. 614.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 585-586.*

N. 3976.

*E Regio Monte, 15.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Stanislao ab Ostroróg, castellano Międzyrzecensi,*
*quattuor falcones,* «ad notitiam, quae nuper admodum inter nos inita est, confirmandam », *dono mittit.*

*(Schedula: canes promissos post paucos dies mittere pollicetur).*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1413.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 583-584.*

N. 3977.

*E Regio Monte, 15.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Silvestro Kretkowski, castellano Bydgostiensi,*
*pro aucupe sibi misso gratias agit et quattuor falcones vicissim mittit precaturque, ut eorum usus ei in aucupiis oblectamento sit; canem ad capiendas perdices aptum sibi mitti petit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1408.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 586-587.*

N. 3978.

*E Regio Monte, 15.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*reginae Angliae [Mariae]*
*ob obitum fratris* «adeo immatura morte interempti» *[Eduardi VI] ei condolet; falcones dono mittit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 587-589.*

N. 3979.

*E Regio Monte, 15.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gulielmo Pageto, reginae Angliae consiliario,*
*de honoris accessione gratulatur; falcones dono mittit; aliquot canes Anglicos,* «praesertim vero unam fecundam canem», *sibi mitti petit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 589-591.*

N. 3980.

E Regio Monte, 15.X.1553.

*Albertus dux in Prussia*
*episcopo Vladislaviensi [Ioanni Drohojowski]*
*castellano Bydgostiensi [Silvestro Kretkowski] quattuor falcones, ipsi autem duos canes,* «pro vulpe et lepore capiendo aptos», *dono mittit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1408.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 592.*

N. 3981.

S.l., 17.X.1553.

*Albertus dux in Prussia*
*Fabiano Czema, castellano Gedanensi,*
*pro novitatibus de valetudine regis et totius aulae regiae statu sibi significatis gratias agit et rogat, ut etiam in posterum eiusmodi nova scribere pergat; nuntiat se ad capitaneos suos Stradaunensem et Liccensem scripsisse, ut ex eo capitaneatu, qui Cnissino propior est, unam tunnam salsorum luciorum* («gesaltzene hechte») *ei mitterent.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 195v-196.*

N. 3982.

*Albertus dux in Prussia* — E Regio Monte, 18.X.1553.
*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*
*de* «quibusdam nebulonibus ex pago Golumbki», *qui subditum suum in agro laborantem verberibus affecerunt aliaque facinora perpetrarunt, queritur et rogat, ut in reos severe animadvertat.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1423.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 593-594.*

Palatino Plocensi, XVIII Octobris.
Queritur de quibusdam, qui verberarunt subditum Celsitudinis Suae et scopulos disiecerunt.

Magnifice et Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Magnificentiam Vestram amice celare non possumus, quod Generosus Capitaneus noster Neidenburgensis hisce diebus ad nos scripsit, conquerens de insigni et non ferenda iniuria, quod[a] subditi Magnificentiae Vestrae in Ducatu nostro nuper admodum designarunt. Nam ad diem XXV Septembris quidam nebulones ex pago Golumbki quendam subditum nostrum, in agro suo opus facientem, violenter invaserunt ac ita verberibus tractarunt, ut de vita eius dubitetur. Postea ad XXVIII Septembris iidem nebulones ex Golumbki, assumptis secum aliis ex Schisi latronibus, redeuntes, scopulum quendam veterem pro signo limitum ab antiquo positum, qui supra memoriam hominum duravit ac semper pro signo graniciei habitus fuit, totum disiecerunt et solo [*f. 594*] aequarunt. Quae res cum pessimi exempli sit ac bonam vicinitatem maxime laedat, non dubitamus

Magnificentiam Vestram per se hanc iniuriam vindicaturam. Ut tamen eo accuratius id faciat, eandem hisce literis nostris adhortandam duximus. Nam si nostris subditis permittendum sit, ut se ipsi a talibus iniuriis et violentis invasionibus vindicent et iure talionis agant, facile cogitare Magnificentia Vestra potest, maiores inde turbas orituras, quam ut facile sopiri queant.

Quapropter Magnificentiam Vestram amice petimus, ut pro S. Regiae Maiestatis decreto (quod omnino eiusmodi violentias, praesertim circa limites, prohibet et transgressores punire iubet) in istos nebulones severe animadvertat, quo illi hoc exemplo moti in posterum ab iniuria inferenda sibi temperent. In primis vero Magnificentiam Vestram rogatam facimus, ut eos, qui scopulum in finibus disiecerunt, adigat, ut eum rursus erigant et conficiant, ne de eo ipso loco aliqua in posterum oriri possit controversia. Id nos Magnificentiae Vestrae, quam bene feliciterque valere optamus, amicis studiis compensabimus. Datae Regiomonti.

Relatio Burggrabii.

a) *sic in ms., pro expuncto:* sub *suprascriptum.*

*N. 3983.*

*E Regio Monte, 20.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*rogat, ut edictum de claudendis veteribus et consuetis in Samogitia itineribus abrogare velit.*

*(Schedula: pro Paulo Jeski, cive Gedanensi, ratione sucini ei ab episcopo Caminensi intercepti).*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 596-599.*

Regi Poloniae, XX Octobris.
Petit, ut novum edictum de observandis veteribus itineribus tollat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Meminit procul dubio S. Regia Vestra Maiestas [*f. 597*] eorum, quae clementer de clausis Lithuaniae et Samogithiae itineribus se mandaturam Cracoviae sub discessum meum, utrumque suum et Poloniae et Lithuaniae Cancellarium[a] [1]), recepit, videlicet ut iuxta pacta et foedera liber esset transitus et negotiatio inter S. Regiae Vestrae Maiestatis Lithuaniae et Samogithiae ac meos subditos illis itineribus et locis, quae longa consuetudine observata essent, neque a Maiestate Vestra Regia quicquam aliud nova illa prohibitione constitutum esse, quam ut illae viae, quae infra octo vel decem ad summum annos de novo quaesitae fuissent, abrogatae prorsus esse deberent. Haec omnia cum clementer iam curasse S. Regiam Vestram Maiestatem sperarem, supplices mihi sunt facti plurimi ex subditis meis, conquerentes non modo non tolli edictum illud novum, verum etiam quendam S. Regiae Vestrae Maiestatis subditum Janiwitter dictum cum equitatu insigni, tanquam coriceum, subditos meos, non quidem novis, sed veteribus itineribus proficiscentes, in Samogithia observare ac sub bonorum omnium ammissione in eos, qui veteribus viis ambulantes aut negotiantes deprehenderentur, animadvertere, idque ipsum publice profiteri, quod sibi in tempus temperasset [*f. 598*] in obequitandis itineri-

bus, fecisse illum hoc eo consilio, ut ita inescaret subditos meos et cumulatim posthac comprehensos mulctare posset.

Quae res cum pactis et foederibus, imo et Maiestatis Vestrae Regiae (ut sat scio) voluntati maxime repugnet, equidem non video, quo tandem illa respiciant, nisi ut intestini alicuius mali fomentum alere videantur. Quoniam vero abrogaturam se illa, ut dixi, Maiestas Vestra Regia clementer promisit, studio quo possum maximo oratam eam habeo, ut edictum illud non dico inhumanum, imo a publica tranquillitate plane alienum, tollat ac longo tempore observatis itineribus et locis negotiationem subditis meis in Lithuania et Samogithia secundum pacta et foedera liberam, sicut antea, esse velit. Quod facturam S. Regiam Vestram Maiestatem eo certius mihi persuadeo, cum mecum reputo, quam clementer S. Regia Vestra Maiestas praefectis suis Lithuaniae mandaturam se illud pollicita est. Pluribusque haec a S. Regia Vestra Maiestate contenderem, nisi eam pacis, concordiae et tranquillitatis amantem et ad observanda pacta et foedera maxime pronam scirem. In quo et ipsa se multis molestiis, me quoque non minoribus curis, ipsos etiam subditos intestino liberaverit odio. Quod reliquum est, opto S. Regiae Vestrae Maiestati longam incolumitatem et successus rerum omnium longe felicissimos. Datae Regio Monte.

A.M.

Cedula

[*f. 599*] Agit gratias, quod in negotio succini rapti ad Pomeraniae Duces scripsit. Petit denuo ad eos ipsos literas dari.

Ceterum meminit S. Regia Vestra Maiestas me superiore anno intercessisse apud illam pro honesto Paulo Jeski, cive Gedanensi, ratione succini cuiusdam, ab Episcopo Caminensi[2] contra omnem aequitatem detenti. Quo nomine cum intelligam scripsisse iam S. Regiam Vestram Maiestatem ad Pomeraniae Duces[3], mentione repressaliorum facta, eas, quas debeo, S. Regiae Vestrae Maiestati ago gratias. Quoniam vero ad festum Omnium Sanctorum proximum a dictis Pomeraniae Ducibus conventus habebitur, in quo de negotio hoc succini tanquam principali deliberatio suscipietur, oratam S. Regiam Vestram Maiestatem habeo, ne dedignetur altera denuo vice ad dictos Pomeraniae Duces scribere, ut in eum finem terminent negotium illud, ne remedio repressaliorum subditis S. Regiae Vestrae Maiestatis iam concessorum opus sit. Qua in re S. Regia Vestra Maiestas rem mihi facturam gratissimam ac officiosissime demerendam. Datum ut in literis.

A.M.

a) *error pro:* utrique suo et Poloniae et Lithuaniae Cancellario?

1) *Ioannes Ocieski, cancellarius R.P., et Nicolaus Radziwiłł «Niger», cancellarius M.D.L.*

2) *Martinus Wecherau.*

3) *Barnim IX et Philippus I.*

*N. 3984.*

*E Regio Monte, 20.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł «Nigro»]*
*de clausis in Lithuania et Samogitia itineribus.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 595-596.*

Duci in Olika, XX Octobris.
Queritur de observatione et prohibitione veterum itinerum. Petit iuxta mandatum regium ad praefectos literas dari, ut ab eo incepto supersedeatur.

Illustris, Magnifice ac Generose, Amice ac Frater nobis perchare.

Quo studio Illustritas Vestra curaturam se illa, quae de clausis veteribus Lithuaniae et Samogithiae itineribus S. Regiae Maiestati, Domino nostro clementissimo, Cracoviae proxime conquesti sumus, receperit, meminisse id illam dubium nobis non est. At cum nihilominus de die in dies inhumanam et a gentium etiam vicinitate, nedum a veteribus pactis et foederibus [alienam] itinerum illorum observationem crescere et hostili quodam equitatu defendi ad nos perferatur, nobiscum[a] sane statuere aliter non possumus aliud illa nihil, quam latens aliquod mutuae dissensionis incendium fovere, cum hic neque pactorum, neque foederum ratio ulla ab illis, qui haec urgent et promovent, habeatur. An vero istorum eventus, si sic porro fiet, sit futurus salutaris, cuivis sano, nedum Illustritati Vestrae, qui ista prudentius nobis intelligit, iudicandum relinquimus.

[*f. 596*] Quoniam vero Illustritas Vestra nomine S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, Cracoviae proxime promisit curaturam se, ut literae ad officiales Lithuaniae, quibus haec itinerum observatio commissa est, scriberentur, ut negotiatio et itinera consueta, a multis annis subditis nostris libera, permitterentur, illud autem nondum factum esse, imo atrocius multo omnia agi subditi nostri nobis conquerantur, committere non potuimus, quin Illustritatem Vestram, pollicitationis suae amice ac fraterne submonitam, rogatam faceremus, nunc tandem edicti illius novi abrogationem edi et promulgari benigne iuvet, ut subditis nostris id secundum pacta et foedera in Lithuania et Samogithia liberum sit, quod ante annos tot diu usurpata et inveterata consuetudo confirmavit. Qua in re Illustritas Vestra et nobis rem factura gratam, et tranquillitati publicae salutarem. In quo demerendo etiam desiderari in nobis nihil sinemus. Quod superest, optamus tandem Illustritatem Vestram rectissime valere. Datae Regiomonti.

A.M.

a) *in margine pro expuncto:* hostium

*N. 3985.*

*E Regio Monte, 26.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*
*de violentia, qua subditi sui Neidenburgenses a subditis regiis Masovitis affecti sunt, queritur et rogat, ut reos puniat et diem lustrandis finibus statuat.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1423.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 599-601.*

Palatino Plocensi, XXVI Octobris.
Queritur de iniuriis a subditis Mazoviae illatis. Petit interdici hanc violentiam et diem finibus lustrandis dici.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter [*f. 600*] nobis dilecte.

Scripsimus non ita pridem ad Magnificentiam Vestram de violentia quadam, quam subditi S. Regiae Maiestatis districtus Magnificentiae

Vestrae in subditos nostros Neidenburgenses exercuerunt. Nunc, cum capitaneus noster Liccensis itidem de subditis illi districtui vicinis, Magnificentiae Vestrae autem praefecturae subiectis, conquereretur, quippe quod fines Ducatus nostri transgredientes quaelibet pro voto suo istic in subditos nostros moliantur, praetermittendum esse non putavimus, quin ea quoque de re ad Magnificentiam Vestram scriberemus. Cumque obscurum ei non sit ita constitutum esse inter utriusque Ducatus subditos, ne quis alterum sua possessione turbet, donec cognitum fuerit undequaque de finium controversia, capitaneus autem Wisnensis nihil sibi de ea constitutione constare praetendat, amice rogatam Magnificentiam Vestram habemus, ut omnibus praefectis S. Regiae Maiestatis, qui finibus nostri Ducatus sub iurisdictione Magnificentiae Vestrae proximi sunt, edicat, ne quid contra constitutiones supradictas ante finium omnimodam determinationem praestituant, sed ut quilibet tantisper sua possessione contentus sit, donec inspectis limitibus controversia omnis certis fuerit determinata metis et rationibus.

Ad quam rem maturandam summopere Magnificentiam Vestram rogatam habemus. Nos sane, ad quemcumque id diem Magnificentia Vestra cum Reverendo suo collega[1] voluerit, in nobis desiderari nihil sinemus. Nam si porro [*f. 601*] protrahetur ea finium determinatio, secum Magnificentia Vestra facile iudicare potest aliud ex alio malum subinde nasciturum. Quibus tamen molestiis et querimoniis perquam libenter Magnificentiam Vestram exemptam cuperemus, sicuti nec illa favere nobis Magnificentiam Vestram certo scimus. Persuademus autem id nobis de Magnificentia Vestra, illam omnes rationes inituram, quibus et salvum vicinitatis ius conservari, et fomenta illa magni alicuius mali praeveniri queant. Quod facturam esse Magnificentiam Vestram certo nobis persuademus, et quod nostrarum fuerit partium, in eo subditos quoque nostros cohibere non intermissuri sumus. Cupimus tandem Magnificentiam Vestram optime valere. Datae Regio Monte etc.

A.M.

1) *Andreas Noskowski, ep. Plocensis.*

*N. 3986.*

*E Regio Monte, 28.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*reginae Angliae [Mariae]*
*pro Laurentio Ventzel, servitore suo, ab adversariis apud defunctum regem Angliae [Eduardum VI] falso accusato* «violatae libertatis, ab inclito Angliae Regno omnibus maritimis civitatibus olim concessae», *atque magnis damnis eam ob rem affecto, intercedit et rogat, ut facultatem exportandi quattuor millia alborum pannorum Anglicorum ei clementer concedat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 601-603.*

*N. 3987.*

*E Regio Monte, 28.X.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gulielmo Pageto, reginae Angliae consiliario,*
*pro Laurentio Ventzel (cfr. N. praeced.).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 603-605.*

*N. 3988.*

*S.l., 11.XI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*gratum sibi esse scribit, quod rex archiepiscopum Rigensem in mediatorem arbitrarium in negotio Livoniensi eligi passus sit; aliud vero negotium, de quo rex sibi in litteris suis scripsit,* «non huius adhuc temporis esse» *existimat.*

*Cfr. El. XXXI, NN. 610, 621.*

*Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 122-123.*

Regi Poloniae, den 11 Novembris anno 53.

Serenissime Rex etc.

Quod S. Regia Vestra Maiestas in negotio Livoniensi Reverendissimum fratrem meum, Archiepiscopum Rigensem[1], pro sua quoque parte in mediatorem arbitrarium eligi patiatur, illud mihi ex proximis S. Regiae Vestrae Maiestatis literis cognitu fuit gratissimum. Precorque Deum, ut, aspirante illius divina gratia, optimo fine terminata paci et tranquillitati publicae cedant omnia.

Quod vero alterum illud negotium attinet, quod S. Regia Vestra Maiestas in iisdem literis annectit, de eo tractari non huius adhuc temporis esse existimo. Priori autem feliciter absoluto et confecto, in eo tum promovendo desiderari in me nihil sinam. Ac quicquid porro in hoc ipso priori negotio actum fuerit, pro mea in S. Regiam Vestram Maiestatem observantia significare id illi non praetermittam.

A. Muntzer.

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

*N. 3989.*

*E Regio Monte, 18.XI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,*
*pro benevolentia et studio, etiam a filio eius sibi oblato, gratias agit; eidem eius filio, in aulam imperialem proficiscenti, omnia fausta precatur; equum Frisium dono mittit.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 606-608.*

Ieronymo Kotkowitz, den XVIII Novembris.
Agit gratias pro suo et filii sui studio oblato. Precatur item filio felicem profectionem ad aulam imperatoriam. Item mittit equum Frisium.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Binae nobis literae a Magnificentia Vestra per servitorem [*f. 607*] suum redditae sunt. Ex quibus, quod priores attinet, ea qua decet benevolentia singulare illud Magnificentiae Vestrae in nos studium amplectimur, certissimo inde argumento veteris in nos sui amoris affectum animadvertentes. Ut autem ea nobis a Magnificentia Vestra omnia longe gratissima sunt, ita vicissim ex intimo cordis nostri affectu non nisi amicissima ei pollicemur. Inter cetera autem non minore benevolentia operam studiumque filii Magnificentiae Vestrae[1] nobis tantopere oblatum pro gratissimo accipimus. Quem cum destinatum esse a Magnificentia Vestra ad aulam Serenissimae Maiestatis Imperialis[2] intelligamus, non modo curam et sollicitudinem hanc Magnificentiae Vestrae probamus, verum eidem etiam fausta ac successus in isto adolescentiae suae tyrocinio felicissimos precamur, nobisque longe commendatissimum habebimus ita, ut si qua illi in re gratificari poterimus, dabimus operam, ut non alieniorem animum a se nostrum, quam quo in Magnificentiam Vestram ferimur, intelligat.

Quod vero illi iniungi a nobis, si quid istic in aula Serenissimae Maiestatis Imperialis curatum velimus, Magnificentia Vestra cupit, in eo etiam atque etiam petimus, si quando nostri in dicta imperiali aula facta fuerit mentio, partes ut nostras commendatione sua curae sibi esse velit, et sicubi nos nostraque favore suo[a] [*f. 608*] promovere occasio illi oblata fuerit, id studio nostri haud gravatim faciat. Nos vicissim non tam verbis quam re aliquando ipsa demereri illud conabimur.

Cumque Magnificentia Vestra in alteris suis literis a nobis equum Phrisium pro eodem suo filio petat, praetermittere noluimus, quin cum nihil aeque cupiamus, quam benevolentiam Magnificentiae Vestrae nostram testatam reddere, hac ex parte eius petitionis eam compotem faceremus. Mittimus itaque Magnificentiae Vestrae equum talem, eumque tam elegantem et bonum, sicuti in stabulo illum nostro hoc tempore habuimus. Quem ut Magnificentia Vestra boni consulat, ac non muneris loco, sed pro significatione tantum nostri in eam favoris accipiat, petimus optamusque, ut ad vota filii Magnificentiae Vestrae aptus et conveniens sit. Quacumque enim in re Magnificentiae Vestrae eiusque filio voluntatem ei nostram propensissimam declarare poterimus, in eo, quoad rationes nostrae tulerint, in nobis desiderari nihil sinemus. Quod reliquum est etc. Datum Regiomonti.

**A.M.**

a) *sequitur expunctum:* iuvare et
1) *Ioannes Chodkiewicz.*
2) *Carolus V.*

*N. 3990.*

*E Regio Monte, 18.XI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Stanislao Skaszewski, tenutario in Kroże,*
*pro propensa eius in se voluntate gratias agit; rogat, ut tabellionem suum, in Livoniam ad archiepiscopum Rigensem, fratrem suum [Gulielmum], iter facientem et viarum illic ignarum, ad ingrediendam rectam et compendiosam viam iuvare velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 605-606.*

*N. 3991.*

*Albertus dux in Prussia* *S.l., 18.XI.1553.*
*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,*
*Nicolaum John, cellarium suum, ad vina Hungarica ad usum aulae suae coemenda Cracoviam mittit et rogat, ut – si ad hoc negotium expediendum aliquid pecuniae ei defuerit – nomine suo necessariam pecuniae summam ei mutuo dare velit.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 199v-200.*

*N. 3992.*

*Albertus dux in Prussia* *E Regio Monte, 20.XI.1553.*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*Nicolaum John, servitorem suum, Cracoviam pro vinis Hungaricis ad usum aulae suae coemendis mittit et rogat, ut – si necesse esset – litteras regias ad eiusmodi vina sine vectigalium solutione exportanda ei impetret.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 608-609.*

*N. 3993.*

*Albertus dux in Prussia* *S.l., 20.XI.1553.*
*Gregorio Chodkiewicz, succamerario M.D.L.,*
*litteras eius, 11.XI.datas, se accepisse et de infirma regis valetudine magna cum tristitia ex eis cognovisse nuntiat; de morte palatini Cracoviensis [Petri Kmita] dolet; pro novitatibus sibi communicatis gratias agit.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 200-200v.*

*N. 3994.*

*Albertus dux in Prussia* *E Regio Monte, 21.XI.1553.*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro Ioanne Kolderlein, ut facultatem ei concedat officinam pharmacopolicam Gedani instituendi.*

*Cfr. El. XXXI, N. 624.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 609-610.*

Regi Poloniae, XXI Novembris.
Pro Ioanne Colderlein.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Commendavi proxime S. Regiae Vestrae Maiestati, cum Cracoviae apud illam essem, honestum virum Ioannem Colderlein, cui a senatu Gedanensi [*f. 610*] spes erat facta de accipienda Gedani tolerabilibus conditio-

nibus officina pharmacopolii. Verum cum se tali spe frustratum animadverterat, per me apud S. Regiam Vestram Maiestatem privilegium sibi impetrari, uti Maiestas Vestra clementer meminit, petiit, ut si promissum a senatu Gedanensi obtinere non posset, suis officinam eiusmodi sumptibus Gedani instruere sibi liceret. Ad quas tum preces meas S. Regia Vestra Maiestas clementer literas ad Gedanenses dare pollicita est. Quoniam vero propter graviores et S. Regiae Vestrae Maiestatis et consiliariorum suorum occupationes literas illas adhuc non editas esse intelligo, duxi Maiestatem Vestram pollicitationis suae officiosissime submonendam esse. Quam denuo etiam atque etiam rogatam habeo, ut privilegium illud sive mandatum pro ingenioso hoc homine de instruenda myropolii officina ad me mittere dignetur. Qua re S. Regia Vestra Maiestas mihi gratissimum fecerit, ipsum vero Ioannem Colderlin, in arte sua excellentem et valde insignem, perpetuis officiis suis sibi devinxerit. Quod reliquum est, S. Regiam Vestram Maiestatem diu salvam et incolumem esse exopto. Datae Regio Monte.

Ex relatione D.Andreae Aurifabri
A.M.

*N. 3995.*

*E Regio Monte, 21.XI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,*
*pro Ioanne Kolderlein, pharmacopola (cfr. N. praeced.).*
*(Latine)*
*Cfr. El. XXXIX, N. 1419.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 610-611.*

*N. 3996.*

*E Regio Monte, 21.XI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*rogat, ut negotium veterum in Lithuania et Samogithia itinerum apud regem promoveat.*
*(Latine)*
*Cfr. El. XXXIX, N. 1419.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 613-614.*

*N. 3997.*

*E Regio Monte, 21.XI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł «Nigro]*
*de confirmata eius promissione in abrogando edicto de veteribus in Samogitia itineribus apud regem intercedendi gaudet; interea vero temporis alias rationes iniri petit, ne subditi sui, edicto nondum sublato, mercimoniis suis careant.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 611-613.*

Duci in Olika, XXI Novembris.
Agit gratias, quod promittit se curaturum, ut secundum pacta vetera itinera observentur. Petitque, quoniam interea, donec accedet Regiam Maiestatem, subditi multum detrimenti in bonis suis passuri sunt, ut rationem aliquam inveniat, qua hac ex parte eis subveniatur.

[*f. 612*] Illustris Princeps, Amice ac Frater singulariter nobis dilecte.
Literae Illustritatis Vestrae de prohibitis Lithuaniae et Samogithiae itineribus, proxime ad nos datae, duplici nomine nobis fuerunt gratissimae. Cum quod pollicitationem Illustritatis Vestrae, Cracoviae nobis factam, confirmare videbantur, tum quod singularis sui in nos amoris testimonium in eo luculenter perhibe[b]ant, quod daturam se Illustritas Vestra operam promittit, ut in veteribus Lithuaniae et Samogithiae itineribus reservandis ea inviolabiliter observentur, quae vetera pacta et conventa inter utramque provinciam servari volunt, utque agnoscamus plus illam consultum velle publicis quam privatorum quorundam commodis. Quae omnia ita, ut debemus, grato amplectimur ab Illustritate Vestra animo, minime dubitantes ita facturam esse Illustritatem Vestram, sicuti nobis Cracoviae et nunc per literas amice pollicita est.

Quoniam autem interea temporis, donec Illustritas Vestra S. Regiam Maiestatem adeat, propter edictum illud adhuc non abrogatum magno subditi nostri afficientur mercium et negotiationis detrimento, rogatam eam quam amicissime habemus, ut si tam cito se ad S. Regiam Maiestatem conferre non poterit, alias ineat rationes, quibus subditis nostris hac ex parte subventum eatur, ne cum multorum facultates in mutuis tam Lithuaniae, quam Samogithiae, mercimoniis consistant, longius ea prohibitione stante carere illis ipsis tamdiu [*f. 613*] opus sit. Factura in hoc Illustritas Vestra, si qua in re alia, nobis longe gratissimum, dabimusque operam, ut studio aliquando nostro hanc Illustritatis [Vestrae] benevolentiam in conservandis veteribus pactis et conventis amice demereamur. Optamus tandem Illustritatem Vestram rectissime valere. Datae Regiomonti.

Relatio secretarii
A.M.

*N. 3998.*

*Albertus dux in Prussia* *S.l., 21.XI.1553.*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*iuvenem Melchiorem a Lehendorff commendat et rogat, ut auctoritate sua interposita in aulam regiam suscipiatur.*

*(Schedula: aliquot caseos mittit et rogat, ut eos reginae tradat).*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 197.*

*N. 3999.*

*Albertus dux in Prussia* *S.l., 21.XI.1553.*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*de regis bona valetudine gaudet; de die initii Comitiorum Regni edoceri cupit; de morte palatini Cracoviensis dolet; unguentum sucini a regina desideratum mittit; certior fieri desiderat, quid in negotio uxoris Gulielmi Skrzynecki, exulis Bohemi, effectum sit; rogat, ut Ioachimum Rheticum regi*

*commendet, quo in Universitate Cracoviensi docere possit, et pro Bernardo Gellerlein, pharmacopola, apud regem intercedat, quo ei apothecam Gedani aperire liceat; Melchiorem Lehendorff commendat.*

*Cfr. El. XLIII, N. 146.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 197v-199v.*

An her Terlen, den 21 Novembris.

Wir haben euer schreiben, am tage Martini zu Cznischin ausgangen, durch unsern postreuther bekhommen und daraus unsere dienstliche schriftliche ersuchung, auch anzeig beider ko.mt., unsers g.h[ern] und frawen, gesundtheit verstanden. Und wiewol wir sonsten durch ein schreiben berichtet, als solle die ko.mt., unser g. her hochgemoldt, etzlicher massen mit beschwerung des febers behaftet sein, weil wir aber aus ewerm [a]schreiben nichts davon[a] vormercken ader verstehen, so seindt wir zu dem lieben Gott trostlicher hoffnung, wie wir inen auch mit embsigem fleiss anrufen und bitten, ehr wolle ire mt. von allen theilen gnediglich schutzen und dieselbe alle[n] irer mt. getreuen underthanen zum trost in langwiriger gesundtheit gnediglich erhalten.

Das auch die ko.mt. und irer ko.mt. hofgesinde nit vil lust und kurtzweil an den orthen haben und allein der zufuhr warthen mussen, gleuben wir sehr wol, und nimbt uns wunder, wer irer ko.mt., sich an den orthen zu erhalten, gerathen. Bitten demnach auch den lieben Gott, derselbe wolle vollend die zeit uber, solange ir mt. der ende zu vorharren gedencken, mit gnaden vil lust, freud und ergetzlicheit gnediglichen geben. So ist auch sehr gutt und dem Almechtigen zu dancken, das die zufuhr, weil (*f. 198*) man sie jhe von andern orthern erwarthen muss, nicht von geferlichen orthen beschicht.

Als ir ferner meldet, das die ko.mt. nach der ende bis uf Trium Regum, binnen welcher zeit man sich des bothen ankunft vom Moskowitter[1]) vorsehet, zu vorharren gedencken und nachmals vill[e]icht ire mt. sich nach Brissky[2]) oder Bilsky[3]) begeben werden, solchs alles haben wir gerne gehoret, und sonderlich das viel leuthe fride, darzu wir dan Gottis segen und hulff wunschen, begeren.

Und nachdem wir, wan der reichstag in der Chrone angehen solle, gerne gewiss sein wolthen, begeren wir gnedigst, ir uns, wess euch davon wisslich, vorstendigen wollen.

Wie ir dan ferner meldet, das der cum titulo crakawscher woiwoide[4]) in Gott vorschieden, ist uns solchs betrublich und mitleidlich, anmerckende, das die lobliche Kron von Polann an ime nicht das wenigste gliedt verloren. Weil es aber ein unwiderbringlich ding ist, so muss solcher fahl dem lieben Gott bevholen und derselbige mit embsigem fleiss angerufen und gebeten sein, ehr wolle an seine stadt und stelle widderumb ein vorstendige person ordnen und schicken, durch welche der loblichen Kron nutz und bestes moge betrachtet werden. Von euch aber begeren wir gnedigst, ir wollet uns soviel zimblich, wie die empther ausgetheilet werden, vorstendigen.

Als ir auch im nhamen der ko.mt., unser gnedigen frawen, bittet, wir derselben bey ewerm diener Bernhard[5]), wan ehr ankheme, etzlich bornsteinsohl ubersenden wolten, desselben thun wir itzo bei diesem bothen, weil unser doctor nicht alwege darzu komen kan, soviel als wir dess itziger zeit gahabt, irer mt. zusenden, (*f. 198v*) dess wollet irer mt. von unserntwegen ufs underthenigste zustellen. Do wollen wir auch ir mt. gern awostren

oder schnecken, do die in unserm furstenthumb nurt zu bekhommen weren, ubersenden. Wir haben aber nihe erfaren, das dieselben in der Ostsehe jhe gefangen, sondern do man sie haben wolte, musten sie aus den Niderlanden bestellet werden; dess sich, do mans bestellen solte, in die lenge verzihen wolte. In Dennemarcken aber werden diese zeit mehr spinnen gefangen. Wan dan ir ko.mt. derselben begerthen, und wir desselbigen in zeithen vorstendiget, solden irer ko.mt. solche, wo muglich, bestellet werden. Dan irer mt. nach hochstem vermogen zu dienen, seindt wir bereitwillig. Was auch sonsten die andern dinge, in ewerm schreiben verleibet, angehet, die lassen wir bis zu ewers dieners zukunft beruhen.

Und zweifeln gar nicht, ir habt euch zu erinnern, wess wir jungsten zu Krackaw bei der ko.mt. des behemischen h[ern] Skrinetzky hausfrawen halben gesucht, darumb auch ire ko.mt. einen eigenen bothen an die ro.ko.mt.[6], sonderlich uf des jungen ertzhertzogen Ferdinanden vertrostung, abgefertiget. Weil wir aber bisdahero gar keinen bescheidt erlanget, (*f. 199*) begeren wir nachmals gantz gnediglich, ir wollet bey hochgemelther ko.mt. umb solche antwort anhalden, damit wir die arme elende fraw in irem elende und uf vielfeltig anhalden zu trosten haben mochten. So auch ire ko.mt. bei derselben betrubten frawen etzwas thun, daran erzeigen sie ein werck der barmhertzigkeit und machen sich damit gegen dem lieben Gotte ein stedte vorbitterin, wie wir dan gewisse wissen, der ko.mt. durch sie in irem gebete nicht vorgessen wirdet.

Und nachdem auch der achtbar und hochgelarthe man, doctor Joachimus Rheticus[7], die lobliche universitet in der ko[nigliche]n stadt Krackaw gerne mit der hochloblichen kunst der astrologia illustrirem wolde, haben wir jungsten die ko.mt. auch umb einen vorlag, ime ze thun, gebethen, darauf dan ire mt. uns gnedige vertrostung gegeben, und aber solchs durch vile geschefte vorgessen sein magk, begeren wir abermals gnedigst, ir wollet uns zu gefallen bey irer ko.mt. anhalden, domit derselbe man als ein furtreflicher astrologus, welche gleichen nit viel ist, von irer mt. gefordert werden moge.

In gleichem haben wir einen furtreflichen apotecker, Berdt Gellerlein genandt, bey irer mt. vorbethen, darumb, weil derselbe durch die von Dantzigk zu einem apotecker erfordert und nachmals durch sie nicht bestellet, das ire mt. demselben eine rechtschaffene apotecken zu Dantzig fur sich selbst anzurichten und zu erhalden gestadten wolle, uf welchs ir mt. uns (*f. 199v*) auch gnedige vertrostung gethan. Derselben zusage und vetrostung wollet ire mt. erinnern und anhalten helfen, damit dem gutten manne, der ko[nigliche]n stadt und den einwonern derselben selbst zum besten, eine stadtliche apotecken anzurichten mocht gestadtet werden.

Letzlichen begeren wir gantz gnedigst, ir wollet euch unsern undersassen, den erbarn Melchior Lehendorf, bevolen sein lassen, und wie wir jungsten zu Krackaw mit euch geredet und verlassen, inen dermassen befordern, damit umb unserntwillen derselbe bei der ko.mt. zum besten gefordert werden, ehr auch etzwas sehen, lernen und ditzfals unserer inersprisslicher forderung genissen moge. Das seindt wir in gnaden abzunhemen gewogen und wolten euch solchs etc. Datum ut supra etc.

Ex commissione Principis propria.

a)-a) *in margine.*

1) *a.1553 legationem ad Ioannem IV Basilidem obiit Stanislaus Dowojno, palatinus Polocensis.*

2) *Bresta (Brześć) in Lithuania.*

3) *Bielsko (Bielsk).*

4) *Petrus Kmita obiit 31.X.1553.*

5) *Pohibel.*

6) *Ferdinandus I.*

7) *mathematicus, astronomus, medicus eximius († 1574).*

N. 4000.

S.l., 21.XI.1553.

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarło,*
*litteras eius, die s. Martini (11.XI.) datas, se accepisse nuntiat et excusatione eius, cur Cracoviae diutius morari coactus esset, contentum esse; sperat fore, ut bonos equos ab eo accepturus sit; pannos Turcicos* («turckische macheier») *sibi mitti iterum petit.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLIV, N. 89.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 196v.*

N. 4001.

E Regio Monte, 24.XI.1553.

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*iterum pro heredibus Alberti Russau (cfr. N. 3885).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 614-616.*

N. 4002.

E Regio Monte, 24.XI.1553.

*Albertus dux in Prussia*
«capitaneo Lezienski»
*pro heredibus Alberti Russau et Lucae Harder.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 616-617.*

N. 4003.

Labiau, 29.XI.1553.

*Albertus dux in Prussia*
*Lucae a Górka, capitaneo Buscensi,*
*pro benevolentia Friderico ab Oelsnitz, marscalco suo, ante ipsius obitum exhibita gratias agit; de morte improvisa eiusdem servitoris sui dolet et se voluntati divinae committit.*

*Cfr. El. XXXIX, NN. 1415, 1418.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 618-619.*

Domino Lucae Comiti a Gorcka, XXIX Novembris.
Scribit de morte Marschalci Friderici ab Olschnitz.

Albertus Senior, Dei gratia etc. Magnifico ac Generoso Domino Lucae Comiti a Gorcka, Capitaneo Buscensi, salutem et omnem felicitatem optat.

Magnifice ac Generose, Amice nobis perchare.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, quibus nos certiores facit de repentino casu et interitu Generosi olim, fidelis nobis dilecti Friderici ab

Olschinitz, Marschalci nostri. In qua quidem commemoratione illud nobis auditu iucundum fuit, quod dictus noster Marschalcus, salvus et incolumis ex Germania rediens, istic Posnaniae a Vestra Magnificentia benigne acceptus et amice tractatus fuerit. Pro qua nos benevolentia, servitori nostro exhibita, Magnificentiae Vestrae eas, quas debemus, gratias agimus. Atque utinam eadem etiam incolumitate a Vestra Magnificentia dimissus, reliquum itineris conficere et ad nos accedere potuisset, futura nobis sane ipsius praesentia, his praesertim tempestatibus, expectatissima erat. Sed nescimus profecto, quomodo iste repentinus casus et interitus adeo improvisus huius viri, quem propter suam in obeundis nostris negotiis [*f. 619*] dexteritatem et fidem magni semper fecimus charumque habuimus, adeo gravis nobis, pro carnis nostrae imbecillitate, accidat tamque varias cogitationes suggerat. Verum quia divino iudicio et voluntati resistere nec possumus nec debemus, itaque acerbum et tristem hunc casum divinae omnipotentiae committimus, quam suppliciter imploramus, ut illius animae nobisque omnibus e vita decedentibus sit propitius et misericors, faxitque ipsum et nos universos in resurrectione mortuorum participes aeternae vitae ac gloriae.

Ceterum quod Magnificentia Vestra proprio suo nuntio hunc quamvis tristem casum nobis festinanter significare dignata est, pro eo, uti decet, amicas illi habemus gratias, daturi operam, ut vicissim hoc benevolentiae compensare possimus. Datum in arce nostra Labiaw etc.

Commissio Principis propria
Cancellarius legit.
Constan[tinus]

*N. 4004.*

*E Regio Monte, 29.XI.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Stanislao Ostroróg, castellano Międzyrzecensi,*
*14 canes venaticos* («inter quos duo, litera A signati, ad insectandum feras iam assuefacti sunt, reliqui minus idonei aliorum adminiculo facile instrui poterunt») *dono mittit, brevi canes Anglicos missurus.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1425.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 620.*

*N. 4005.*

*E Regio Monte, 2.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*
*pro piris,* «hisce in terris inventu rarissimis», *sibi dono missis gratias agit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 621.*

*N. 4006.*

*E Regio Monte, 4.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Lucae a Górka, capitaneo Buscensi,*
*pro marscalci sui, Friderici ab Oelsnitz, in bonis eius digna sepultura gratias agit; rogat tamen, ut cadaver servitoris sui effodiendum et in Prussiam transportandum curet.*

*Cfr. El. XXXIX, NN. 1415, 1418.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 622-623.*

Lucae Comiti a Gorcka, 4 Decembris.
Petit, ut demortui Marschalci[1] cadaver effodi et per praesentium exhibitorem in Prussiam vehi curare velit.

Magnifice ac Generose, Amice nobis perchare.
Binas Magnificentiae Vestrae literas diverso tempore accepimus, quarum[a] alteris paulo ante respondimus. Ex alteris autem, Posnaniae XX Novembris datis, cognovimus, quemadmodum similiter ex servitorum nostrorum, qui cum Marschalco nostro profecti fuerant, relatione percepimus, quo pacto Magnificentia Vestra nulli operae pepercerit, quo eiusdem Marschalci olim nostri, in Domino defuncti, exequias debito honore prosequeretur et in monumento maiorum suorum collocaret. Quoniam autem id ipsum ab Episcopo[b] [2] ceterisque eius loci spiritualibus obtineri non potuerit, Magnificentiam Vestram adductam, ut ipsum in bonis suis sepeliendum curaret. Qua de re Magnificentiae Vestrae magnas, ut debemus, merito habemus gratias. Sed cum totus iste spiritualium coetus nostrae religioni ita infensus sit, quemadmodum Magnificentiae Vestrae satis constat, ut non sine causa vereamur ipsos etiam mortuo iam et sepulto aliquam iniuriam, violando forte sepulchrum ipsumque effodiendo, allaturos. Quae res et ipsi iam mortuo, et toti eius posteritati, detrimentosa esse queat, ut taceamus, quod Magnificentiae Vestrae etiam aliquid periculi a [*f. 623*] spiritualibus hoc nomine immineat.

Itaque consultum esse putavimus, si quidem Magnificentiae Vestrae videatur atque aliquid enumeratorum metuendum censeat, Marschalcum nostrum, etiamdum sepultum, effodiendum atque in has terras Prussiae devehendum curare. Ad quam rem perficiendam hunc praesentium exhibitorem ablegavimus, amice vehementerque petentes, Magnificentia Vestra, si forte praedictis de causis periculum instat, illi adiumento esse velit, ut demortui nostri Marschalci cadaver vel clam noctu, vel quomodo melius et commodius Magnificentiae Vestrae visum fuerit, effodiatur huicque huc porro devehendum tradatur. Magnificentia Vestra benevolam se hac in re exhibeat. Id nos amicis, quibus possumus, studiis compensabimus. Datum Regiomonti.

C.S.

a) *in ms.* quorum
b) *in ms.* Episcopi
1) *Fridericus ab Oelsnitz.*
2) *Andreas Czarnkowski, ep. Posnaniensis.*

## *N. 4007.*

*S.l., 13.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,*
*pro studio in negotio Ioannis Kolderlein adhibito gratias agit; commendat causam socrus suae, comitissae Hennebrgensis, quam ex litteris suis ad regem datis eum melius cogniturum esse nuntiat.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1419.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 630-631.*

## *N. 4008.*

*E Regio Monte, 13.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*episcopo Vladislaviensi [Ioanni Drohojowski]*
*pro ovibus cum opilione ei missis tanta gratiarum actione opus non fuisse scribit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1420.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 637.*

## *N. 4009.*

*E Regio Monte, 14.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*de unguento sucini reginae misso bene accepto gaudet; rogat, ut ab eadem regina impetrare conetur, quo negotium socrus suae, comitissae Hennebergensis, regi commendet; de tempore et loco Comitiorum Regni tempestive edoceri cupit; de negotio matronae Bohemicae iterum certior fieri desiderat.*

*(Schedula: de sucino albo reginae mittendo; de Bernardo Pohibel a se diutius retento).*

*Cfr. El. XLIII, N. 148.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 201-202v.*

An Gabrieln Therla, den 14 Decembris.

Wir haben ewer schreiben, des datum stehet den 3 Decembris, empfangen und anfencklichen daraus fast gerne vernhommen, das der ko.mt. zu Polann etc., unser gnedigen frawen[1]), das bornsteinohl angenhemes gewesen. Der hoen dancksagung aber vor dasselbe wer gegen unser person gantz unnotig, dan wir auch in einem viel mhererm irer mt. unsers vermogens behegliche dienstwilligkeit zu erzeigen, uns schuldig erkennen. Haben derwegen auch mit allem fleiss irer mt. fernerm gnedigen begeren nach nicht underlassen, dergleichen ohl mehr, soviel desselben itziger zeit bey unserm phisico verhanden gewesen, das wir dan irer mt., domit zu dienen, auch

selber lieber emperen wollen, bei zeigern euch zuzufertigen, gnedigst begerende, ir wollet dasselbe, nach erbittung unserer freundt- und underthenigen dienste, irer mt. zu anthworthen unbeschwert sein. Und nachdem wir dann nicht allein aus itzigem ewerem schreiben, besonder auch hiebevorn irer mt. gnediges erbithen gegen uns, daruf wir ire mt. hoe underthenige dancksagung thun, gespuret, und nun die ko.mt. zu Polan etc. wegen der hochgebornen furstin, unserer freundtlichen lieben fraw mutter, frawen Elisabeth, geborne[n] marggrevin zu Brandenburgk und grevin zu Hennebergk[2], ires itzigen zustandes halben umb eine gnedige vorschrift, an die ro.ko.mt.[3] zu thun, von uns underthenigst gebeten, begeren wir an ewere person mit gnaden, hochgemelte unsere gnedige fraw, die konigin, von unsernt- [*f. 201v*] wegen dienstlich anzulangen, das ire mt. bei derselben geliebten hern und konige diese unsere bithe ins beste zu befordern, auch an hochgedachten iren hern vathern, den rö[mischen] konig, lauts inliegender copie zu schreiben, damit uns in deme mit g[nade]n und umb soviel ehr gewilfharet, sich unbeschwert und gnedigst erzeigen wolten, wie ir dan dem allen gutte masse werdet zu geben wissen, und wir an euer befurderung auch keinen zweifel tragen.

Als ir euch ferner in oben berurthem ewerm schreiben uns die zeit des zukunftigen reichstag in der Chron zu vormelden erbietet, solchs gereicht uns zu angenhemen gefallen, und begeren gnedigst, ir wollet uns desselben zeitlich und mit dem furderlichsten, wan ir dess gewisse, wissend machen.

Das die empter in der Cron ewerer anzeig nach also vortheilet, darzu wunschen wir allen den hern Gottes segen und viel glucks und thun uns der mittheilung gegen euch in g[nade]n bedancken.

Als ir aber schlisslich der behmischen frawen[4] halben vor einen bericht, so uns ditzfals zukommen sein sol, meldung thut, von solchem ist uns nach zur zeit nichts worden nach bewust; begeren aber gnedigst, [*f. 202*] ir wollet befurdern helfen, domit wir, wess ditzfals erhalten aber nicht, ins forderlichste mochten vorstendiget werden. In dem und allem oben erzelten thut ir uns zu gnedigem gefallem, und seindt es gegen euere person mit allen gnaden zu erkennen gewogen. Datum Ko[nigsberg].

Ex commissione Principis propria
Idem audivit.
And. Montzer.

Cedula

Dieweil wir hiebevorn der ko.mt. hochgemeldt von dem gelben bornstein gegeben, und ire mt. nun dergleichen widderumb durch ewer schreiben von uns begerend, so haben wir nicht allein irer mt. von solchem zuwege bracht, sonder zu erzeigung unsers underthenigen, dienstlichen gemuts auch von dem weissen bornsteinohl, als dem edlesten und besten, unangesehen, das solchs dieser orth nirgendt zu bekhommen, das wenige, so wir vor uns allein gehabt, mit irer mt. getheilet, wie ir dieselben beden in underschidlichen glesslein zu empfangen.

Und ob wir wol in diesem schreiben vormeldet, das wir es bei zeigern schicken, so ist uns doch die beisorge zugefallen, es mochte irgendts durch unachtsamkeit des postreuters nicht wol zur stelle gebracht werden. Haben es demnach ewerm diener Bernhard Pohiebel geben, von deme ir es zu empfahen und ferner oben berurthem unserm gnedigen begeren nach ir ko.mt. zu anthworten, und unsers [*202v*] phisici, doctoris Basilii, der allein solchs machet und zubereiten kann, ins beste darneben zu gedencken.

Wir haben auch ewerm diener Bernhardt Pohiebelo noch einen tag drei etzlicher sachen halben, so wir mit ime zu bereden, alhie bei uns zu vorharren bevholen. Sol aber in kurtz wider an euch gelangen, gnedigst begerende bevholen. Sol aber in kurtz wider an euch gelangen, gnedigst begerende, ir wollet solchs unsers aufhaltens und seines aussenbleibens kein missgefallen tragen. Datum ut supra.

1) *Catharina.*

2) *socrus ducis Alberti.*

3) *Ferdinandus I.*

4) *uxor Gulielmi Skrzynecki, exulis Bohemi.*

*N. 4010.*

*E Regio Monte, 14.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*pro Stanislao Płaza* (Blassa), *Masovita, hospite suo, qui semper, cum Cracoviam iter facere cogitur, sibi in domo sua Miechoviae hospitium praebet, intercedit et rogat, ut causam eius regi commendet, quo bona quaedam oppignorata iure hereditario obtinere possit.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 202v-203.*

*N. 4011.*

*E Regio Monte, 14.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Stanislao Płaza* (Plasa)
*nuntiat se litteras pro eo commendaticias ad Gabrielem Tarło misisse, ut eas regi traderet (cfr. N. 4010).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 636.*

*N. 4012.*

*E Regio Monte, 15.XII.1552.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro Elisabeth comitissa Hennebergensi, ab Henrico duce Brunsvicensi iniuria affecta, intercedit et rogat, ut pro illa ad regem Romanorum operam interponat.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 624-627.*

Regi Poloniae, XV Decembris.
Petit, ut pro Ducissa Brunsvicensi apud Romanorum Regem[1] intercedat.

[*f. 625*] Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Cum anno hoc proximo deploranda et intestina Germaniae bella coepissent atque hinc inde expeditiones fierent, factum est, quod Illustris Princeps Dominus Ericus Dux Brunsvicensis, affinis meus charissimus, parentem suam charissimam, Dominam Elisabetham Marchionissam Brandenburgensem et Comitissam Hennebergensem, summis precibus flagitarit, ut cum Illustritas Sua aliquandiu domo abfutura et in aula Caesareae Maiestatis[2] moram ductura esset, ipsa, saevientibus bellicis istis tumultibus, Illustritatis Suae terras administrandas et, quantum fieri posset, defendendas in tutelam suam benigne et pro materno amore recipere non graveretur. Ad quam provinciam, ut satis laboriosam, subeundam vix tandem se ipsa parens, materno in filium suum affectu mota, persuaderi passa est atque terras ditionesque filii sui, nemini inferens iniuriam, pro summa virili sua in conservando saltem iure et aequitate Reipublicae administrandas suscepit. Hoc cum Illustris Princeps Dominus Henricus Dux Brunsvicensis comperisset, dicitur (quemadmodum ego intellexi) ansam inde arripuisse hostiliter invadendi terras Ducissae, illi donatione propter nuptias inscriptas, illisque contra iura imperialia, immunitates, privilegia et libertates, viduis [*f. 626*] Principum eorumque donationibus propter nuptias solemniter concessas, occupatis, Ducissam ipsam inde expulisse.

Quandoquidem autem ipsa Illustris Princeps, cum nata ex Marchionibus Brandenburgensibus atque ita consanguinea S. Regiae Vestrae Maiestatis sit, neminem habet, ad quem rectius in ista necessitate sua confugiat, aut cuius opem imploret, praeterquam solam Maiestatem Vestram Regiam, summis a me contendit precibus, ut conditionem hanc Illustritatis Suae miseram S. Regiae Vestrae Maiestati exponerem atque ab ea quam officiosissime studioque, quo possum maximo, peterem, ut S. Regia Vestra Maiestas, calamitatem Illustritatis illius miserta, amice ac benigne apud Serenissimum Romanorum Regem preces suas interponere pro illa dignaretur, ut cum Illustritas illius, sincero pectore ac non nisi materno in filium amore ducta, terras sibi commendatas procurandas saltem receperit, nemine vel minima offensione lacessito aut iniuria aliqua affecto, dignaretur eius Serenissima Romanorum Maiestas tam apud Serenissimum fratrem suum, Maiestatem Imperialem, intercedere, quam pro sua quoque authoritate regia mandare, ut terras titulo donationis propter nuptias quiete tot annos possessas, nunc vero sine ulla causa ei hostiliter ereptas, cum debita pro acceptis damnis et impensis satisfactione sine longiore mora recuperare possit, siquidem obscurum non est ea bona, quae viduis Principum aut nobilium donatione propter nuptias inscribuntur, legibus scriptis, adeoque solemnibus Imperatorum monumentis prae ceteris roborata et singulari immunitatum et libertatum privilegio [*f. 627*] donata esse. Quibus tamen omnibus posthabitis et neglectis, dictus Dominus Dux Brunsvicensis de facto possessione legitima affinem suam turbavit et submovit.

Itaque cum preces meas, non minus ac calamitatem afflictae illius Ducissae, apud S. Regiam Vestram Maiestatem pro singulari sua in me benevolentia locum habituras sciam, quam officiosissime Maiestatem Vestram rogatam habeo, ut consanguineam hanc suam clementer sibi commendatam esse et pro illa benignis suis precibus apud S. Romanorum Regem iuxta formam his inclusam intercedere dignetur. Quam summam S. Regiae Vestrae Maiestatis clementiam non aliter reputabo, quam si in meam personam collata esset, daboque operam, ut quovis eam studio

demerear. Ipsam vero calamitosam Ducissam, adeoque omnes illius necessarios, perpetua sibi gratitudine devinciet. Quod reliquum est, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Ferdinandus I.*
2) *Carolus V.*

*N. 4013.*

*S.l., s.d. [15.XII.1553.].*

*A duce Alberto proposita formula litterarum a rege Poloniae regi Romanorum pro comitissa Hennebergensi scribendarum.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 627-629.*

Ad Regem Romanorum copiae.
Formula litterarum ad S. Romanorum Regem pro Comitissa Hennebergensi scribendarum.

Praemissis praemittendis etc.
Serenissime Rex etc.

Perlatum ad nos est non ita pridem, in proximo, quod adhuc gliscit, Germaniae bello Illustrem Dominum Ericum Ducem [*f. 628*] Brunsvicensem terras suas Illustri Dominae Elisabethae, Marchionissae Brandenburgensi et Comitissae Hennebergensi, matri suae, administrandas, summis precibus apud illam prius interpositis, commendasse. Et non modo gubernandis illis, verum etiam tuendis et defendendis, si casus ita ferret, curam ab ea expetivisse, propterea quod Illustritati Suae, rationibus suis ita exposcentibus, aliquandiu domo abfuturae in aula Caesareae Maiestatis haerendum esset. Cuius petitioni ipsa Illustris Domina Marchionissa, pro singulari et materno in filium affectu, etsi rem laboriosam valde viderat flagitari, haud difficulter tamen annuerat. Atque eius belli tempore in procurandis filii sui terris aliud egisse illam nihil, quam ut in conservanda iustitia et aequitate inter populos eius ditionis ac Reipublicae rationem debitam habuerit. Nemini vero offendiculo fuisse, aut quod laedere famam, dignitatem seu fortunas cuiusquam potuisset, iussisse aut permisisse. Nescire tamen, quo casu aut fato Illustris Dominus Henricus Dux Brunsvicensis in illam commotus exarserit, ansamque offensionis sine aliqua culpa unde eruerit. Quod non modo in ipsam Illustrem Dominam hostem se declararit, verum etiam fortunas et bona omnia, ratione donationis propter nuptias Illustritati eius inscripta, eripuerit, ipsamque possessionem illarum contra iura, immunitates et Imperatorum super eiusmodi donationes concessa privilegia deturbarit, ita ut nunc, omnibus iis exuta, in exilio vitam degere cogatur.

Cuius vicem pro ea necessitudine, quae nobis cum Illustritate illius intercedit, ut merito dolemus, ita ex animo [*f. 629*] calamitate illam hac sublevandam cuperemus. Quoniam vero per neminem, aeque ac Maiestatem Vestram, rectius id fieri posse nobis constat, existimavimus eo nomine ad Maiestatem Vestram scribendum esse. Quam etiam atque etiam roga-

mus, ut pro paterna sua in nos benevolentia, precum nostrarum intuitu, benigne pro dicta Illustri Domina apud Serenissimum Maiestatis Vestrae fratrem, Sacram Imperatoriam Maiestatem, intercedat, ac ipsa Maiestas quoque Vestra ex ea, qua in Sacro Romano Imperio fungitur et excellit authoritate, mandare illis, quorum interest, ne gravetur, ut bona sine culpa Marchionissae erepta Illustritati eius integra, damnis etiam et impensis eo nomine factis persolvendis, primo quoque tempore restituantur. Sicuti facturam Maiestatem Vestram pro veteri in nos suo amore omnino nobis persuademus. Quod uti de Maiestate Vestra gratissimum nobis accidet, ita ipsam Illustrem Dominam cum tota Marchionum familia, quae, ut nobis constat, bene de Domo Austriaca merita est semper, multa gratitudine sibi devinctissimam est redditura. Nos quoque filiali observantia demereri illud non intermissuri sumus. Quod reliquum est etc.

A.M.

*N. 4014.*

*E Regio Monte, 15.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł «Nigro»]*
*commendat negotium Balthasaris Gans, secretarii sui, et rogat, ut servitori eius, in Samogitiam misso,* «ut siliginem istic locorum partim iam emptam, partim adhuc emendam et evehendam curaret», *adiumento sit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 631-632.*

*N. 4015.*

*E Regio Monte, 15.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,*
*pro Balthasare Gans, secretario suo (cfr. N. praeced.).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 632-633.*

*N. 4016.*

*E Regio Monte, 25.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*explicat causas, ob quas Boleslaus baro ab Eulenburg equos cum curru subdito regio abstulit (scil.* «ut par pari compensaretur»).

Cfr. El. XXXI, N. 615.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 639-641.

Regi Poloniae, XXV Decembris.
Respondet ad literas regias facta narratione, cur Baro ab Eilenburg equos et currus pignoraverit.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Cum nihil aeque cupiam, quam ut inter S. Regiae Vestrae Maiestatis et meos subditos tranquillitas et mutua vicinitatis concordia observetur, ita negotium quoque, quod Generoso Boleslao Baroni ab Eilenburg etc., subdito meo, et Maiestatis Vestrae Regiae homini de pignoratis equis et curribus intercedit, curae mihi antea fuit, et quidem nunc ad literas Maiestatis Vestrae Regiae est. Quoniam [*f. 640*] vero intelligo rem ita, ut se habet, ad S. Regiam Vestram Maiestatem relatam non esse, paucis eam ante annos iam aliquot Maiestati Vestrae expositam repetendam esse duxi. Profectus fuerat subditus Baronis supradicti in Wagenschos anno 42 farinae coemandae causa, cui vicecapitaneus eius loci, Iacobus Bagienski, equos quatuor cum curru[a] sine causa aliqua ademerat. Hanc ego rem paulo post intercessoriis meis literis ad S. Regiam Vestram Maeistatem detuli. Data sunt gemina a S. Regia Vestra Maiestate mandata, tam ad vicecapitaneum in Wagenschos, quam Dominum Voislavski, canonicum et notarium terrestrem Lomsensem, de restitutione ablatorum. Illa S. Regiae Vestrae Maiestatis mandata cum, quasi contemptim habita, nihil facerent frugis, eam Boleslaus Baro iniit rationem, ut par pari compensaretur. Itaque currus Lithuanicos sex et totidem equos cuidam Mazovitae pignoraverat, datis ad dictum Dominum Voislavski literis, qua de causa id fecisset, offerens insuper se paratum, quam primum subdito suo ad bina Maiestatis Vestrae Regiae mandata equi sui cum curru restituerentur, pignoratos se quoque equos et currus redditurum esse.

Etsi autem consilium illud Baronis mihi non usque adeo probatur (licet vicecapitaneus in Wagenschos prior delinquens ansam dederit, et creberrime eiusmodi querelae de subditis Maiestatis Vestrae, ubi raro certe meis iustitia administratur, ad me perferantur), tamen quoniam ita accidit, non video alia commodius ratione agi de toto hoc negotio nunc posse, quam si per arbitrarios homines ea res [*f. 641*] cognoscatur. Itaque constitui circiter primam diem Martii duos consiliariorum meorum Johanspurgum, aut certe quemvis alium Ducatus mei finibus Mazoviae vicinum locum, destinare ac mandare insuper, ut ibi dictus Baro cum equis curribusque pignoratis praesto sit. Quod si hoc quoque consilium Maiestati Vestrae Regiae probatur, dignabitur illa mihi significare, an diem illum locumque aut alium assignari velit. Quo facto, S. Regia Vestra Maiestas totidem ex suis quoque deputare ac capitaneo in Vagenschos, ut equos prius ablatos eo quoque cum curru ducendos curet, mandare[b] non gravabitur. Quicquid tamen ab utrisque commissariis cognitum et constitutum fuerit, in eo utraque pars acquiescet.

Hanc ego rectissimam et commodissimam viam, qua quilibet ad suum perveniat, fore existimo. Quod si aliam et meliorem S. Regia Vestra Maiestas invenit, lubens ei quoque, quoad recte fieri potest, me accommodabo. Atque haec S. Regiae Vestrae Maiestati rescribenda esse putavi, ut causae totius statu iterum repetito rem omnem rectius cognosceret. Quam et diutissime et felicissime valere exopto. Datae Regiomonti.

Commissio Principis ex relatione
Cancellarii
Idem audiverunt.
A.M.

a) *in margine.*
b) *in ms.* mandari.

*N. 4017.*

*E Regio Monte, 15.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Nicolao Sieniawski, palatino Russiae,*
*de eius ad palatinatum Russiae evectione gratulatur et rogat, ut sibi crebrius scribat ac nova communicet.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 637-638.*

*N. 4018.*

*S.l., 25.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, capitaneo Chelmensi,*
*de bona regis et reginae valetudine gaudet; regi ad venationes profecturo optimos successus exoptat; ei et reginae pro equis missis gratias agit; de vinis reginae missis bene acceptis laetatur; omnem felicitatem reginae a Deo precatur etc.*

*Autogr. Sigill.*

*Cfr. El. XLIII, N. 147.*

*HBA, B, K. 1175.*

Lieber freund Derle.

Nach wunschung Gottes gnad, ewige und zeitliche wolfart samb langwiricher gesuntheit zuvor, thu ich mich gancz hochlich bedancken eweres schreibens mihr bey irem diner gethon, darin ir anzeigen thut, das beide k.m^ten, mein gnedige herschaft, sambt beyhabenden hofgesindt aus Gottes gnaden in guter gesuntheit erhalten. Hettet mihr kein frolicher botschaft ankundigen kunnen, den mihr solches lieber ist als wen man mihr land und leut schencke. Bitte auch den lieben Got, das er beide k.m^ten uns armen, irer m^ten getrewen unterthon, zu sunderem trost zu den iaren Nestory erhalten wolle, alle seligkeit, heil, gluck und fridliche regirung verleihen und uns, den unterdonen, zu langen iaren leben lassen. Amen. Amen.

Zweifel auch nicht, das der liebe Got dy wolferdinte straffe umb unsser sunden willen in gnaden filer frumen christen abwenden werde.

Das sich k.mt. dy awern zu besuchen ein zeitlang begeben werde und wider an den ort kumen und bis auf Trium Regum verharren, zu solchem allem wunsche k.m^ten ich gluck und heil, das alles mit freuden und wolfart verpracht werde sambt dem dag, deshalben dy kemerling an dy stende abgefertigt, und zweifel nicht, das ir mihr zeitlichen, wen und an welchem ort er gehalten sol werden, mihr mitzutheilen euch werdet zu ferhalten wissen.

Das ir mich auch gern mit einem guten zeltner ader wallach versehen, bedancke ich mich zumb hogsten, und ist nicht warumb ir sorge traget, den ir ane das fyl zu fyl bey mihr thut, kan solches nicht beschulden. Fil weniger kegen meiner gnedigen frawen[1] dy grosse gnad kegen mihr, der irer k.mt. den wenigsten dinst geleistet, ve[r]dinen, das mich ire mt. mit irem eigen leibpferde also gnediglich bedacht und mihr solchen aus gnaden

mitgedeilet in solchem hochen und gnedigen erbiten; erkenne mich auch solcher gnaden unwirdich, und das mihrs unmuglich umb ire mt. zu ferdinen, ab ich auch den grosten fleis, wy ich durch gotliche gnade nicht unterlassen wil, darczu zu thun, ab mihrs muglich zu ferdinen und darneben den lieben Got mit trewherczigem kintlichem fleis fur irer k.mt. langwiriche gesuntheit, langes leben, ewige und zeitliche wolfart zu ferleihen, dy zeit meines lebens nicht nachlassen, mich irer [*p. 2*] k.mt., meiner gnedi[g]sten und geliebsten frawen, gancz dinstlichen thu befelen, ire mt. auch dinstlichen bitte, das si mich, iren getrewen diner, ir wolle lassen befolen sein, und bitte euch, das irs ia aufs beste bey irer mt. ausrichten wollet, wy ich mich den auch gancz hochlich kegen euch thu bedancken der freuntlichen und gutwilligen vorderung kegen irer mt., da ich Got und euch abermols fur dancken und wol sehe, das irs auch mit trewen mit mihr meinet, Got geb, das ich wider umb euch verdinen moge.

Habe auch mit ewerm diner ewerm begern nach fyl und allerley geredet, ynen das zum theil besichtigen lassen, wy euch bewust, und auch widerumb allerley mit euch zu reden auferlegt und befolen, daran mihr auch und auch gelegen, nicht zweifelnt, ir ime glauben gewen werdet, wy ich auch zu beschehen bitte.

Das ir k.mt. an den zugeschickten weynen ein gnedigs wolgefallen getragen, mein gutwilligkeit und treues gemute gespuret, ro.k.mt. schriftlichen auch vermeldet, dancke ich dem lieben Got, das si irer mt. gefallen. Weil ich den irer mt. treyerley schmack zugeschicket, dy fas auch zeichen lassen und gebeten, wo irer mt. gefellich, das ich nach solchem schmack, welcher irer mt. am besten gefile, ierlichen bestellen solte, so warte ich noch gnedigs bescheides und welche zeiche[n] mihr wider zuruck geschicket worden etc.

Das mein gnedi[g]ste fraw, dy kunigin, euch gnediglich befolen mihr zu schreiben, das ire mt. der erzeigten ehre, so irer mt. ich in aller unterdenigkeit bewisen, hoch danckpar mit gnediger erpitung, das ire mt. dy gunst und kunigliche gnad von mihr, meiner liebsten gemahel[2] und kindern nicht abwenden wolle, sunder sich dyselbigen[a] uns alle[a] gancz gnediglich wolle lassen befolen sein, des sage irer k.mt. ich unsterblichen unterdeniglichen danck und bins schuldig meins hogsten vermogens zu ferdinen. Bitten auch alle und ich von unsser aller wegen, das Got ire mt. uns armen, irer mt. getrewen dinern und dinerin, langwirich in solcher gnad erhalten, und bitten alle, ire k.mt. wolle uns aus angefangnen gnaden nicht lassen abnemen, sunder fyl mehr mehren und zunemen und uns irer mt. lassen befolen sein. Wolt hinwiderumb unsser aller wegen irer k.mt. alle dinstwilligkeit mit hogstem wunsch, wy ir zu thun wert wissen, und erbiten ansagen und uns irer mt. befelen etc.

[*p. 3*] Lieber freundt Derle. Weil ein gemein sprichwort: das nicht von noten thun, das man wasser ins mehr treget, also mag ich auch sagen, das mihr und allen, dy ane das der gnaden irer herschaft wahrnemen sollen, nicht vonnoten thu iren herschaften, dy ane das aus Gottes gnaden grosse schecze haben, das man ynen geben solle. Doch weil dy cleinen pechelchen alle in dy grossen wasser flissen, hoffen mein liebe gemahel und ich, k.mt., unsser gnedi[g]ste fraw, dy ane das grossen schacz von Got haben werde, uns in gnaden zugut halten, das wihr der dorheit und mit unsserem geringen und unscheczigen cleinen und wenigen, das wihr haben, einen grossen schacz zu verliren uns untersahen. Zu erzeigung aber unsserer unterdenigkeit und wenige geringscheczige dinst, schicken wihr unsser gnedi[g]sten frawen, der kunigin, dy gnade Gottes, dy uns von dem lieben Got diser zeit

mitgedeylet, wy euch ewer diner berichten wurt kunnen und sprechen, ab wihr uns wol erkennen als dy armen, schicken wihr doch irer mt. was wihr haben, und bitten gancz dinstlich, ire mt. wolle mehr unssere dinstwillicheit als dy wert der gaben ansehen und in gnaden aufnemen, und wunschen irer mt. nicht alleint auf dis new iar, sunder fyl volgende, auch zu den zeiten Nestory, das si irer mt., unsserm gnedi[g]sten herren, und der loblichen Kron gluckselig zu aller ewiger und zeitlicher wolfart, seligem zunemendem regiment, ewiger und zeitlicher wolfart[z]), zu Gottes ehren langwirich gefallen. Des bitten wihr auch den lieben Got. Amen. Alle ire k.mten und uns darneben gotlicher almechtigkeit befelendt, der wolle auch ire mten mit leibes erben gnediglich begaben. Und befelen uns iren k.mten in unterdenigkeit. Euch wunschen wir nicht weniger ein seligs newes jar von dem lieben Got und hundert nachvolgendt. Bitten, wolt unsser allewegen bey allen k.mten, wy wihr auch wissen, das ane das beschihet, im besten gedencken und befolen sein lassen. In eile am heiligen Christag den 25 Decembris anno 1553.

Albrecht der elter, marggraff und herczog etc.

*In dorso alia manu:* Dem edlen und ernvhesten unserm besondern lieben Gabriel Terla, ko.mt. zu Polan hoffmeistern und heuptmann uff Chelm.

a)-a) *in margine.*
z) *si in ms.*
1) *regina Catharina.*
2) *Anna Maria.*

*N. 4019.*

*E Regio Monte, 25.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*capitaneo in Kroże [Stanislao Skaszewski]*
*pro 60 perdicibus* («quos ad Natalia Christi nunc praesentia a Generositate Vestra accepimus») *gratias agit.*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 638-639.*

*N. 4020.*

*E Regio Monte, 29.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Nicolao Wilga, capitaneo in Ostrołęka,*
*nomine reginae Bonae aliquot retia et canes ad capiendas feras petenti ei respondet, se ei hoc tempore gratificari non posse, cum nesciat, qualia retia esse debeant* («praesertim cum retia nostra non uno in loco et procul quidem dissita habeamus»).
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 642.*

*N. 4021.*

*E Regio Monte, 29.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Iacobo Bieliński, episcopo Lacedaemoniensi, suffraganeo Plocensi,*
*respondet, cur petitioni eius de componenda fratrum suorum controversia satisfacere non possit.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1421.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 642-644.*

Iacobo Bielinski, Episcopo Lacedaemoniensi et Suffraganeo Plocensi, XXIX Decembris.
Excusat se, cur de facienda fratrum illius divisione hereditatis petitioni suae satisfacere nequeat.

Reverende in Christo Pater, Amice nobis perchare.

Redditae sunt nobis R. Paternitatis Vestrae literae, ex Ploczka XII Decembris datae, in quibus fratrum suorum Nicolai [*f. 643*] et Bartholomei Bilinski negotium, quod de divisione paternorum bonorum in Ducatu nostro habent, nobis commendare dignatur petendo, tu per nostram sententiam dictam bonorum divisionem, quam communi consensu dicti fratres inter se fecerunt et per aliquot annos ratam habuerunt, ad aequalitatem reducere velimus.

Iam vero R. Paternitas Vestra certo sibi persuadeat, nos illi in rebus omnibus, quoad rationes nostrae patiuntur et honeste possumus, libenter gratificari velle. Verum quando ita se res habet, quemadmodum R. Paternitati Vestrae satis constat, videlicet quod illa divisio, quae inter Nicolaum et Bartholomeum, R. Paternitatis Vestrae fratres, ex aliorum fratrum arbitrio, certa haud dubie deliberatione facta, vadiis obfirmata et tot annis hactenus rata habita est, non videmus sane, quibus rationibus commode illas pactiones, quae vigorem suum iam pridem obtinuerunt, rescindere et novas substituere possimus. Neque enim hoc nobis facere est integrum, cum ea res hactenus usitatae harum terrarum consuetudini ac longo usui repugnet, nisi forte uterque frater de iure quoque suo decedens, novam plane transactionem bona cum voluntate atque adeo ultro admittere velit. Quare quod R. Paternitati Vestrae hac vice et hoc quidem casu gratificari minus possumus, benigne nos excusatos habere velit. [*f. 644*] Cui in aliis licitis omnibus promptitudinem nostram offerimus. Quam bene valere percupimus. Datae Regiomonti.

C.S.

*N. 4022.*

*E Regio Monte, 29.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*
*pro Urbano Bogner, subdito suo, intercedit, ut ei silvam quandam* «elaborandis lignis wagenschos et klapholtz, ut vocant», *certo pretio cedere velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 644.*

*N. 4023.*

*E Regio Monte, 29.XII.1553.*

*Albertus dux in Prussia*
*Stanislao Kieżgajło, M.D.L. dapifero,*
*Urbanum Bogner,* «negotiorum suorum causa istuc profecturum, praesertim autem ut debita sua apud quosdam Iudaeos in Lythuania... posceret ac colligeret», *commendat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 645.*

# 1554

*N. 4024.*

*E Regio Monte, 6.I.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*petit, ut commissarios regundis inter Masoviam et Ducatum Prussiae finibus designet.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 654-655.*

Regi Poloniae, VI Ianuarii.
Petit commissarios deputari ad regundos Mazoviae fines.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Tametsi superiore aestate sub celebratione regiarum nuptiarum Cracoviae a S. Regia Maiestate Vestra commissionem ad Reverendum Dominum Episcopum et Magnificum Dominum Palatinum Plocenses[1] supplici prece obtinui ad inspiciendos et terminandos limites inter Ducatum Mazoviae et Ducatum istum Prussiae, tamen quibus rationibus id negotii hactenus impeditum fuerit, quidque Dominis Commissariis Vestrae Regiae Maiestatis obstiterit, quod commissioni non satisfecerint, non plane possum statuere. Cum autem res sit in primis necessaria, ut primo quoque tempore certi fines ac termini inter utrunque Ducatum constituantur, quippe quod ad quaedam loca limitum, nisi eiusmodi brumali tempore congelatis locis palustribus, accessus nullus patet, tum etiam quod alia super alia gravamina indies ad confinia oriuntur, quemadmodum his ipsis diebus capitaneus meus in Johannsburgk per [*f. 655*] literas mihi significavit quosdam Mazoviae incolas, transgressis limitibus, ligna in Ducatu meo caedere atque avehere ausos, verendumque, ne successu temporis alia quoque maiora ausuri sint, itaque S. Regiam Maiestatem Vestram iterum etiam atque etiam submisse oro, dignetur certos commissarios regundis finibus Mazoviae durante hoc ipso gelu constituere, certumque diem ei rei auspicandae et divino auxilio conficiendae indicere.

Quod si vero ante proxime celebranda Regni Comitia haec limitum inspectio ac terminatio fieri commode non potest, eo quod S. Regia Maiestas Vestra suis forte senatoribus carere non potest, vehementer ac humiliter oro, ut suis interim officialibus et nobilibus circa limites degentibus serio iniungat, cohibeant sibi commissos incolas, ne quam vim et iniuriam in Ducatu meo meisve subditis usque ad finalem limitum transactionem

faciant. Id meis similiter et severe quidem mandandum curabo, daboque operam, ut erga S. Regiam Maiestatem Vestram hanc gratiam debitis officiis meis demereri queam. Datae Regiomonti.

C.S.

1) *Andreas Noskowski et Felix Srzeński.*

*N. 4025.*

*E Regio Monte, 6.I.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*rogat, ut edictum de clausis in Lithuania et Samogitia veteribus viis abrogare velit.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 657-659.*

Regi Poloniae, VI Ianuarii.
Petit abrogationem edicti de clausis Lithuaniae itineribus.

[*f. 658*] Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Cum non ita pridem S. Regiae Vestrae Maiestati officiosissime in memoriam revocassem ea, quae de reclaudendis Lithuaniae et Samogithiae itineribus Cracoviae per Illustrem Dominum Nicolaum Radziwill, Ducem in Olika, fratrem et amicum meum charissimum, mihi pollicita erat, respondit ad ea per literas S. Regia Vestra Maiestas daturam se operam, ut, quamprimum consiliarii Lithuaniae ad S. Regiam Vestram Maiestatem convenirent, id statueretur, quod pactis consentaneum esset. Quoniam vero nihil eiusmodi adhuc constitutum, imo severius omnia observari intelligo, quippe quod non tantum subditis meis libera negotiatio contra pacta et foedera, ut graviora taceam, intercluditur, verum etiam Samogithis omnino, ne ad Prussiae terras cum mercibus suis proficiscantur, interdictum sit, ipsa meorum necessitate cogente, vel potius aequitate exposcente, iterum S. Regiam Vestram Maiestatem submonendam esse duxi, ut quod secundum pacta clementer pollicita est, eius tandem conficiendi curam suscipere dignetur. Ne si re infecta S. Regia Vestra Maiestas istinc se ad Comitia Regni conferat, ex novo hoc edicto non abrogato, siquidem id luce meridiana clarius pactis et foederibus pugnet, maius aliquod detrimentum subditis meis detur, aut ex ea scintilla in homines, alioquin mutuam vicinitatis tranquillitatem observantes, novae dissensiones surgant.

Quibus cavendis ut nihil antiquius S. Regiae Vestrae Maiestati esse scio, ita multo minus illam veteribus pactis aliquid detractum [*f. 659*] velle omnino mihi persuadeo. Quo fit, ut certam in spem ducar fore, ut nunc tandem, et antequam iter ad Comitia Regni ingrediatur S. Regia Vestra Maiestas, memor pollicitationis suae, edictum illud, fortassis magis privatorum quorundam commodo extortum, quam facta foederum et pactorum infor-

matione a S. Regia Vestra Maiestate impetratum, tollatur. Qua re S. Regia Vestra Maiestas non modo gratissimum mihi factura est, verum etiam ipsa pacta et conventa, antea a se confirmata, sarta et tecta habere cognoscetur. Quod reliquum est, exopto S. Regiam Vestram Maiestatem longis temporibus salvam et incolumem conservari. Datae Regiomonti.

A.M.

*N. 4026.*

*E Regio Monte, 6.I.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł «Nigro»]*
*de recludendis prohibitis in Lithuania et Samogitia consuetis itineribus (cfr. N. praeced.).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 659-660.*

*N. 4027.*

*E Regio Monte, 6.I.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,*
*pro negotii comitissae Hennebergensis promotione gratias agit; rogat, ut apud regem instet, quo vetera in Lithuania et Samogitia itinera recludantur.*

*Cfr. El. XL, N. 1426.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 656-657.*

Vicecancellario Przeremski, VI Ianuarii.

Gratias agit, quod negotium Comitissae Hennebergensis[1)] iuvit. Petitque, ut apud S. Regiam Maiestatem instet de reclaudendis Lithuaniae itineribus.

Reverende ac Generose, Amice nobis sincere dilecte.

Quod Reverenda Generositas Vestra negotium Illustris Dominae Comitissae Hennebergensis promoverit, in eo gratam nobis rem praestitit, ita etiam ut – sicubi se occasio obtulerit – demereri studium illud Reverendae Generositati Vestrae non intermissuri simus.

Ceterum quod per schedulam certior fieri cupit, an per proprium nuntium S. Regiae Maiestatis eas ipsas literas ad S. Romanorum Regem[2)] mitti velimus, fuisset id quidem ex re totius negotii, si priusquam ad nos mittebantur, sic missae essent. Quoniam vero nunc per temporis moram confieri id commode non potest, rogatam Reverendam Generositatem Vestram habemus, ut si posthac continget nos in eodem negotio aliquid a S. Regia Maiestate petere, operam tum eam haud gravatim nobis impendat.

Ad extremum meminit Reverenda Generositas Vestra scripsisse nos non ita pridem ad S. Regiam Maiestatem de clausis Lithuaniae et Samogithiae itineribus, petentes, ut sicut Cracoviae pollicita esset Maiestas eius, edicti tandem illius abrogationem clementer curaret. Quo in negotio cum certi adhuc nihil nobis responsum sit, denuo nunc Maiestatem illius eo nomine submonendam duximus. Quoniam vero Reverenda Generositas Vestra suam hac quoque ex parte operam nobis obtulit, inserenda esse hisce putavimus ipsa pactorum verba, ut eo rectius Reverenda Generositas Vestra [*f. 657*] rem totam S. Regiam Maiestatem docere possit. Est autem inter alia tenor illorum, ut sequitur, talis: Item liber sit transitus etc.

Amice itaque Reverendam Generositatem Vestram rogatam habemus, quandoquidem videt, quo iure his contraria in subditos nostros praesumantur, ut non modo terris nostris Prussiae detrimento sint, sed incliti etiam Poloniae Regni, cuius Ducatus hic membrum est, ius laedatur, eo benignius corporis illius dignitatem, cuius et ipsa Reverenda Generositas Vestra non minimam partem agit, adiuvare velit, ut id, quod pacta et conventa postulant, observetur, ne per eiusmodi constitutiones non dicimus inhumanas et a vicinitate alienas, verum ipsis pactorum verbis directe pugnantes, faces novarum dissensionum utriusque subditis praebeantur. Sicuti facturam Reverendam Dominationem Vestram minime dubitamus. Sumus id gratitudine vicissim nostra, praeterquam quod rem se dignam et pactis convenientem fecerit, compensaturi. Quod reliquum est, optamus Reverendam Generositatem Vestram rectissime valere. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Elisabeth.*
2) *Ferdinandus I.*

*N. 4028.*

*E Regio Monte, 10.I.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro Henrico a Widbach, Ioannis Friderici electoris Saxoniae subdito.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 661-662.*

Regi Poloniae, X Ianuarii.
Pro Henrico a Widbach.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Exorto ante septennium bello in Germania accidit, ut Serenissimus Romanorum Rex[1], Dominus meus clementissimus, quosdam subditorum suorum proscriberet et bona etiam vasallorum quorundam suorum confiscaret. Inter quos et quidam nobilis Henricus a Witbach, Illustris Domini Ioannis Friderici nati Electoris Ducis Saxoniae subditus, bonis suis in Bohemiae[a] Regno exutus est, propterea quod sub domino suo hereditario, Duce Saxoniae, stipendia fortassis meruerat. Quoniam vero is ipse nobilis

nihil commisit, quod laedere dignitatem domini sui feudatarii, aut de iure bonis suis privari potuisset, sed iure belli debitam observantiam hereditario suo domino praestitit, petivit a me Illustris Dominus Saxoniae Dux, itidem quoque Illustris Dominus Augustus, dictus modernus Elector Saxoniae, ut mea intercessione nobilis illius causam S. Regiae Vestrae Maiestati commendarem ac studio quo possum maximo illam rogarem, ne gravaretur pro eo nobili Henrico a Widbach [*662*] apud S. Romanorum Regem intercedere, ut mediantibus S. Regiae Vestrae Maiestatis precibus in gratiam Serenissimi Romanorum Regis receptus bonis suis restituatur. Quorum amicis petitionibus multis nominibus abnuendum esse non putavi.

Itaque S. Regiam Vestram Maiestatem quam officiosissime rogatam habeo, ut et Illustrium Dominorum Saxoniae Ducum et meis precibus adducta, literas suas intercessorias ad S. Romanorum Regem pro dicto Henrico a Widebach eo benignius edat, ut eius Regia Romanorum Maiestas, exemplo Christi suorum miserta, viscera misericordiae erga illum quoque exserat, sicuti pro sua singulari benevolentia facturam S. Regiam Vestram Maiestatem scio, si secum reputaverit Illustrium Saxoniae Ducum spem, quam in eam ipsam S. Regiae Vestrae Maiestatis intercessionem ponunt. Quare S. Regia Vestra Maiestas non tantum illos ipsos Principes, verum totam etiam nobilium illorum familiam sibi devinctissimam est redditura. Ego autem quovis studio demereri illud non intermittam. Quod reliquum est, S. Regiae Vestrae Maiestatis diuturnam incolumitatem precor. Datae Regiomonti.

Relatio Cancellarii
A.M.

a) *in ms.* Bohemio
1) *Ferdinandus I.*

*N. 4029.*

*S.l., 15.I.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*petit litteras liberi telonei Balthasari Gans, secretario suo, concedi, ut siliginem in Lithuania et Samogitia coemptam in Ducatum Prussiae sine telonei solutione exportare possit.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 662-664.*

Regi Poloniae, XV Ianuarii.
Petit literas dari ad thelonarios Lithuanicos, ne prohibeant siliginem, a secretario B[althasare] G[ans] emptam, exportari.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Cum S. Regia Vestra Maiestas Cracoviae proxime polliceretur facturam, ut in Magno [*f. 663*] Lithuaniae Ducatu et Samogithia secundum pacta et foedera ac tot annis observatam consuetudinem libera esset sub-

ditis meis negotiatio, fretus hac clementissima Maiestatis Vestrae promissione, honestus vir Balthasar Gans, secretarius meus apprime mihi dilectus, hinc inde in Lithuania et Samogithia lastas siliginis circiter centum per factorem suum emit. Volenti autem illi eam siliginem in Ducatum meum ad subditum meum Schwab aut oppidum Tilsa exportare, queritur id a thelonariis S. Regiae Vestrae Maiestatis interdici et prohiberi. Quae res cum ei magno sit detrimento futura, petivit a me summopere, ut intercessione hac mea eum iuvarem. Quoniam vero dubium mihi non est, curasse iam S. Regiam Vestram Maiestatem, aut certe iam iam, sicut pollicita est, curaturam, ut secundum pacta et foedera liber sit transitus, libera item negotiatio subditis meis, sicuti hactenus a multis annis tam in Lithuania quam Samogithia observatum est, tamen ne hac ex parte secretario meo deessem, duxi hisce literis officiosissime S. Regiam Vestram Maiestatem petendam esse, ut id, quod pacta et foedera expressis[a] verbis volunt, imo quod vicinis populis extra corpus Regni positis, ut Livoniensibus et aliis, liberum esse dicitur, et mihi aut subditis meis, tanquam Regni vasallis, quoque concedatur. Ac ne fortassis edicto illo novo nondum abrogato [*f. 664*] damnum aliquod servitori meo detur, siquidem emptam siliginem maxima iam ex parte persolvit, dignetur S. Regia Vestra Maiestas praesentium exhibitori, qui dicti secretarii mei factorem agit, literas ad officiales aut thelonarios suos dare, ne exportationem emptae illius siliginis itineribus ac viis consuetis prohibeant, sicuti S. Regiam Vestram Maiestatem haud gravatim facturam certo mihi persuadeo. Erit hoc Maiestati Vestrae Regiae honorificum et pactis maxime conveniens. In quo tamen nihilominus demerendo recte desiderari in me nihil patiar. Quod superest etc.

A.M.

a) *in ms.* expressimus

*N. 4030.*

*E Regio Monte, 15.I.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł «Nigro»]*
*pro Balthasare Gans, secretario suo, ne factori eius coemptae iam siliginis exportatio prohibeatur (cfr. N. praeced.).*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 664-665.*

*N. 4031.*

*E Regio Monte, 15.I.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ivano Kuncewicz*
*pro Balthasare Gans, secretario suo (cfr. N. praeced.).*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 665-666.*

N. 4032.

E Regio Monte, 23.I.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*telonei Caunensis praefecto*
*pro Bernardo Heidenstein, cive Regiomontano, cuius servitor cum quibusdam mercimoniis sine ulla causa, contra pacta et foedera inter Lithuaniae et Prussiae Ducatus inita, Caunae arrestatus est, intercedit et postulat, ut factorem subditi sui sine mora,* «non obstante ullo novo, inusitato et iniquo interdicto», *una cum mercibus liberum dimittat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 671-672.*

N. 4033.

E Regio Monte, 26.I.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*nuntiat se libenter regi gratificaturum atque permissurum esse, ut asseres quidam ex Lithuania per fluvium Pissai in Ducatum suum Prussiae libere dimittantur.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 670-671.*

N. 4034.

S.l. [m. Ianuario], 1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*de negotio matrimoniali [filiarum reginae], cum certi aliquid a Saxoniae et Brunsvicensi ducibus compererit, se eam certiorem facturum esse nuntiat.*

*Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 171-173.*

Reginae Poloniae

Serenissime Regina.
Post ingressum etc.
Quod vero negotium matrimoniale attinet, sperabam, sicuti et scripseram Maiestati Vestrae Reginali, me circa hoc tempus certi aliquid ex Germania accepturum, quippe quod eam ad rem Generosum Fridericum ab Olsnitz, curiae meae Supremum Marschalcum, praecipue ablegaveram. Latere autem S. Reginalem Maiestatem Vestram nolo, eum ipsum meum Marschalcum propter motus bellicos Illustritatem illius accedere non

potuisse, per literas autem nihilominus mandata mea expedivisse. Quoniam vero idem Marschalcus in reditu suo ex Germania Posnaniam usque diem ibi suum, Deo sic volente, clausit, redditae mihi sunt literae per eos, quos itineris collegas habuerat, dicti Domini Saxoniae Ducis[1]. In quibus Illustritas Sua scribit, quandoquidem propter motus bellicos istis partibus vicinos Illustritas Sua definiti aliquid in hoc negotio constituere [*f. 172*] impediretur, propediem se proprio nuntio animi sui sententiam declaraturam esse. Quoniam vero nuntius ille ad me adhuc missus non est, excusatum me S. Reginalis Vestra Maiestas habebit, si id, quod ipsa desiderat et ego quidem oppido ac lubens praestarem, confieri nunc non potest. Omnino autem arbitror Illustri Domino Saxoniae Duci obstare, quod moram hanc in nuntii missione trahit. Quamprimum autem de animo Illustritatis Suae certior factus fuero, quicquid id erit, significare Maiestati Vestrae non negligam.

De Domino Duce Braunswicensi[2] sic habeat S. Vestra Reginalis Maiestas, me aliquoties ad Illustrem Dominum Iohannem Marchionem Brandenburgensem scripsisse, ut Illustritas Sua quasi motu proprio animum affinis sui[3] tentaret. Verum quod hactenus nihil mihi responderit, eosdem motus bellicos, quibus Dux Brunswicensis praeest, in causa esse existimo. Non praetermisi autem denuo apud Dominum Marchionem Iohannem sollicitandi eius rei curam urgere. Quem, ut scio sedulo et diligenter facturum omnia, ita crebra submonitione, quoad certi aliquid in hanc aut [*f. 173*] illam partem respondeatur, instare non desistam. Patienter autem et benigne S. Reginalis Vestra Maiestas hanc moram ferat oro, quoniam quid obstaculo sit, ipsa videt. De meo autem studio et diligentia non est, quod dubitet. Siquidem pro ea necessitudine, quae mihi et subiectionis et consanguinitatis nomine cum S. Reginali Vestra Maiestate eiusque Illustrissimis filiabus intercedit, ad ea omnia me obligatum agnosco, ut quarum commodis non minus ac meae ipsius saluti consultum cupio.

Ex relatione Cancellarii
And. Muntzer.

1) *Ioannes Fridericus.*

2) *Henricus.*

3) *marchio Ioannes uxorem habuit Catharinam, filiam Henrici ducis Brunsvicensis.*

*N. 4035.*

*E Regio Monte, 4.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro Antonio Bogner, subdito suo,* «qui aliquot iam annis magnos fecit sumptus in officinis lignorum silvestribus», *intercedit et rogat, ut* «hoc saltem vere et aestate futura labores istos suos sine vectigalibus» *per flumina regia dimittere possit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 672-673.*

*N. 4036.*

*E Regio Monte, 4.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*pro Antonio Bogner, subdito suo, ut ei in transportandis laboribus silvestribus libertatem a vectigalibus concedere velit (cfr. N. praeced.).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 673-674.*

*N. 4037.*

*E Regio Monte, 4.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Stanislao Maciejowski, castellano Sandomiriensi, curiae regiae marscalco, consiliarios et oratores suos ad proxima Comitia Lublinensia missurus rogat, ut servitori suo* «se benevolum exhibere suaque opera iuvare velit, quo consiliariis nostris istuc ad Comitia venientibus hospitium idoneum assignetur».

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 675.*

*N. 4038.*

*S.l., 5.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Catharinae reginae Poloniae*
*nuntiat se cognovisse eam praegnantem esse et nascituram sibi prolem exspectare, omnia fausta et felicia nomine suo et suorum ei a Deo precatur.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 213-214.*

*N. 4039.*

*E Regio Monte, 7.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*telonei Caunensis praefectis*
*rogat, ut subdito suo, praesentium exhibitori* («cui plebanatum quendam in Ducatu nostro contulimus et in ministrum verbi Dei ordinavimus»), *facultatem concedant pecora et supellectilia sine vectigalium solutione in Prussiam transportandi.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 675-576.*

N. 4040.

E Regio Monte, 8.II.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*petit, ut palatino Marienburgensi [Achatio Czema], regii legati munere apud se functo, ad regem redeunti plenam fidem adhibeat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 676.*

N. 4041.

E Regio Monte, 12.II.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*
*queritur de incolis pagi Gołąbki* (Golumbki), *qui* «scopulum quendam veterem, inde usque a multis annis et supra hominum memoriam pro signo limitum observatum et habitum, contra consuetudinis et gentium iura totum disiecerunt et contriverunt», *et rogat, ut capitaneo suo Neidenburgensi certum diem statuat, quo una cum commissariis eius disiectum scopulum contemplentur et iterum erigendum curent.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 677-678.*

N. 4042.

E Regio Monte, 16.II.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*responsum regis Romanorum in causa socrus suae mittit et rogat, ut copiam eiusdem per eundem nuntium suum sibi communicare velit.*

*Cfr. El. XXXI, N. 631a.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 678-679.*

Regi Poloniae, XVI Februarii.

Mittit literas Romanorum Regis[1] et petit sibi earundem copiam communicari.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Cum non ita pridem S. Regia Maiestas Vestra eiusdemque Regina coniunx dilectissima[2] preces suas ad Serenissimum Romanorum Regem etc. in causa Illustrissimae Ducissae, Dominae Elizabethae Marchionissae Brandenburgensis ac Comitissae Hennebergensis etc., interposuerit (f. 679) literasque hoc nomine clementer dederit, de quo maximas S. Regiae Maiestati Vestrae ago et habeo gratias, rediit hoc tandem die nuntius a Serenissimo Romanorum Rege cum his ipsis literis, quas S. Regiae Maiestati Vestrae magnis itineribus et festinanter perferendas curavi, etiam atque etiam vehementer demisseque petens, ut cum earum literarum sententiam et tenorem maximopere scire desiderem, quo ipsam Illustrissimam Ducis-

sam, matrem mihi charissimam, certiorem facere queam, S. Regia Maiestas Vestra dignetur mihi eius responsi copiam clementer cum hoc ipso nuntio communicare. Id erga S. Regiam Maiestatem Vestram quibus possum studiorum et servitiorum generibus promereri subdite conabor. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Ferdinandus I.*
2) *Catharina.*

*N. 4043.*

*E Regio Monte, 16.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*rogat, ut efficere velit, quo responsi regis Romanorum in negotio comitissae Hennebergensis* «vel ipsum autographum, vel eius responsi copiam fide dignam» *obtinere possit (cfr. N. praeced.).*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1428.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 679-680.*

*N. 4044.*

*S.l., 17.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Catharinae reginae Poloniae*
*transmittit litteras, ad regem et reginam Poloniae «a Regia Maiestate Hungariae et Bohemiae» [Ferdinando I] in negotio comitissae Hennebergensis [Elisabeth] datas, a nuntio suo allatas, et petit, ut earum exempla sibi mittere velit (cfr. N. 4042).*

*(Sub textu:* mutatis mutandis ad Gabriel Terla).

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 214-214v.*

*N. 4045.*

*E Regio Monte, 18.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*consiliarios suos, Assuerum Brandt, capitaneum Tapiensem, et Christophorum Jonam, iuris utriusque doctorem, quibusdam in negotiis mittit et rogat, ut eos clementer audiat et nomine suo loquentibus plenam fidem habeat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 680-681.*

*N. 4046.*

*E Regio Monte, 18.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*episcopo Cracoviensi [Andreae Zebrzydowski]*
*litterae credentiales pro Assuero Brandt et Christophoro Jona, consiliariis suis (cfr. N. praeced.).*

*(Sub textu:* Mutatis mutandis scriptum est:
Archiepiscopo Gnesensi [*Nicolao Dzierzgowski*]
Episcopo Plocensi [*Andreae Noskowski*]
Episcopo Posnaniensi [*Andreae Czarnkowski*]
Episcopo Premisliensi [*Ioanni Dziaduski*]
Episcopo Chelmensi [*Iacobo Uchański*]
Episcopo Camenecensi [*Leonardo Słończewski*]
Episcopo Wladislaviensi [*Ioanni Drohojowski*]
Domino Ioanni Comiti a Tharnau
Palatino Plocensi [*Felici Srzeński*]
Martino Zborawski
Ioanni Oczieski, Supremo Cancellario
Ioanni Przeremski, Vicecancellario
Nicolao a Szieniawa, Palatino Russiae
Spitkoni Jordan, Thesaurario
Ioanni Comiti a Thantzin
Stanislao Comiti in Ostroroch.

*(Latine)*

*Cfr. El. XL., NN. 1430, 1432.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 681-682.*

*N. 4047.*

*E Regio Monte, 18.II.1554.*

*Anna Maria, uxor, et Anna Sophia, filia ducis Alberti,*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*pro Gertrude Hermensdorff, vidua, rogant, ut quod a rege in causa eius promissum est, liberaliter praestetur,* «ne damnum illud irreparabile, in quod longa disceptatione iudiciali coniecta est, citra compensationem aliquam sustineat».

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 685-686.*

*N. 4048.*

*E Regio Monte, 20.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. thesaurario [Spytconi Jordan de Zakliczyn]*
*Paschatis tempore appropinquante rogat, ut annuum suum stipendium vel*

*consiliariis suis ad Comitia Regni ablegatis numeretur, vel alius aliquis ad id locus constituatur* («ubi id pecuniae postulare et percipere debeamus»).

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1431.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 683.*

*N. 4049.*

*E Regio Monte, 20.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*Reinholdum Krakau (vel Crokaw), Gedanensem, commendat et rogat, ut causam eius apud regem ita promoveat,* «ut S. Regia Maiestas ea beneficia, quae ante paucos annos summa munificentia in Reinholdum istum contulit, novis literis confirmet et rata esse iubeat».

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1529.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 683-684.*

*N. 4050.*

*E Regio Monte, 24.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bartholomaeo, canonico Vilnensi,*
*pro Caspare Stolbowitz, servitore suo, cuius avunculus Andreas, vicarius olim in ecclesia s. Stanislai Vilnae exsistente, anno praeterito defunctus est et bona quaedam hereditaria una cum testamento reliquit, intercedit et petit, ut, tanquam testamenti exsecutor et* «istius ecclesiae primarius antistes», *servitori suo, vero avunculi sui heredi, eadem bona sine ullo impedimento concedere velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 686-687.*

*N. 4051.*

*E Regio Monte, 24.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Tulsick, civi Vilnensi,*
*pro Caspare Stolbowitz, ut causam eius hereditariam Bartholomaeo, canonico et custodi ecclesiae s. Stanislai, commendet (cfr. N. praeced.).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 687-688.*

## *N. 4052.*

*E Regio Monte, 26.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*castellano Bydgostiensi [Silvestro Kretkowski]*
*pro benevola animi in se propensione, de qua cubicularius suus Fabianus a Lehendorff sibi rettulit, gratias agit et benevolentiam suam vicissim promittit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 688-689.*

## *N. 4053.*

*E Regio Monte, 29.II.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*iterum pro heredibus Alberti Russau, ut – accedente fide et sponsione sua – residuum lignorum, in nemoribus reginae confectorum, illis exportare permittat* «et solutionem mercedis debitae ad proximum S. Dominici festum... exspectet».

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 689-690.*

## *N. 4054.*

*E Regio Monte, 5.III.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*capitaneo Maioris Poloniae generali [Ianussio Kościelecki]*
*pro litterarum exhibitore, ut ei mercimonia quaedam, sub iurisdictione ipsius ablata, restituantur.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 690-691.*

## *N. 4055.*

*S.l., 5.III.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło et, mutatis mutandis, doctori Christophoro Jonae*
*pro Antonio Bogner, subdito suo, intercedit et rogat, ut negotium eius regi et reginae commendent, quo eo facilius aliquot ligna, in Polonia labore et sumptu suo collecta, redimere et sine teloneorum regiorum solutione per Vistulam in Prussiam exportare possit.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 207.*

*N. 4056.*

*E Regio Monte, 15.III.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł «Nigro»]*
*de interdictis in Lithuania et Samogitia veteribus et consuetis itineribus et de damnis inde provenientibus.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 691-693.*

Duci in Olika, XV Martii.
Scribit de clausis Lithuaniae itineribus.

Officia nostra amica et quicquid grati praestare possumus.

Illustris Princeps, Amice ac Frater singulariter nobis dilecte.

Illustritatis Vestrae [*f. 692*] literas, in arce Brzestensi VII Martii datas, nobisque per proprium eiusdem servitorem oblatas, accepimus. Ex quibus cognovimus de interdictis in Lithuania et Samogithia itineribus Sacram Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, nihil posse statuere nisi in publico Lithuaniae conventu cum senatorio consensu. Tametsi autem ea dilatio non solum nobis nostrisque subditis molestiae quid afferre videtur, verum etiam illis ipsis Magni Ducatus incolis non exiguum damnum atque incommodum importat, tamen quia aliter hoc negotium expediri nequit, tum aequo animo hanc moram (quam Illustritas Vestra non longam fore putat) ferendam censemus, tum Illustritati Vestrae, uti decet, amice habemus gratias, quod nobis significare dignata est, non dubitantes Illustritatem Vestram (pro amica sua pollicitatione) id, quod etiam atque etiam fraterne postmodum petimus, daturam operam, ut communicato interim cum senatoribus Lithuaniae consilio id statuatur, quod ad commoda utriusque Ducatus publica promovenda atque augenda plurimum referre videbitur, quodque pactionibus utrinque tam antiquitus quam recens initis nulla ex parte adversabitur, ut hoc pacto et vetus illa necessitudo, quam cum S. Regia Maiestate contractam habemus, Vestrae Illustritatis auxilio et autoritate indies stabiliatur, et utriusque Ducatus incolae arctius invicem devinciantur. Hoc nobis de Illustritate Vestra, uti de homine amicissimo et fraterna benevolentia devinctissimo, persuasum certo habemus, nec intermissuri sumus, quin hoc officii genus quibus possumus [*f. 693*] quibusque aequum est amicis et fraternis studiis sedulo compensare conabimur sic, ut re ipsa Illustritas Vestra benevolentiam erga se nostram experiatur. Quam Christo Optimo Maximo bene valentem atque florentem longis temporibus conservandam committimus. Ex Regio Monte.

C.S.

*N. 4057.*

*E Regio Monte, 6.IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*episcopo Plocensi [Andreae Noskowski]*
*rogat, ut communicato cum collegis suis: Felice Srzeński Plocensi, Andrea Golczewski Ravensi palatinis, Alexandro Iłowski Zakroczymensi et Adamo*

*Wilkanowski Wyszogrodensi castellanis, consilio, diem sibi* «verni huius temporis, quemcumque voluerit, praestituat, locumque assignet, in quo conveniendum et ubi initium lustrandorum limitum faciundum sit»; *se commissarios quoque suos ad eiusmodi conventum deputaturm esse asserit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1435.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 693-694.*

*N. 4058.*

*E Regio Monte, 6.IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Ravensi [Andreae de Golczewo Sieprski]*
*de commissariis regundis inter Masoviam et Ducatum Prussiae limitibus utrinque deputandis (cfr. N. praeced.).*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1433.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 694-695.*

*N. 4059.*

*E Regio Monte, 6.IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Alexandro Iłowski Zakroczymensi et, mutatis mutandis, Adamo Wilkanowski Wyszogrodensi castellanis*
*de commissariis lustrandis finibus utrinque designandis (cfr. N. 4057).*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1434.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 695-696.*

*N. 4060.*

*E Regio Monte, 6.IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*
*de commissariis regundis finibus utrinque designandis (cfr. N. 4057).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 696-698.*

*N. 4061.*

*Tilsae, 10.IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*rogat, ut annuum suum stipendium Marienburgi sibi numeretur.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 699-701.*

Regi Poloniae, X Aprilis.
Petit annuum sibi stipendium Marienburgi numerari.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

S. Regiam Maiestatem Vestram subiectissime celare non possum me, pro usitata hactenus consuetudine, Magnifico Domino Castellano Sandecensi, Thesaurario Regni Poloniae Generali[1]), superioribus [*f. 700*] diebus scripsisse, daret operam, ut annuam meam pensionem vel istic ex thesauro S. Regiae Maiestatis Vestrae, vel Marienburgi percipere possem. Ad eas literas Magnificentia Sua respondit S. Regiam Maiestatem Vestram nondum prorsus constituisse, ubinam id stipendii numerari debeat. Quae res quorsum spectet, non satis iudicare possum, nisi suspicor a meis malevolis istam mihi detrimentosam dilationem quaeri. Vestram enim Regiam Maiestatem mihi clementer consultum velle, sicut hactenus semper expertus sum, sat scio mihique prorsus persuasum habeo. Cum autem constitutum stipendii numerandi tempus iam pridem effluxerit, ipseque id pecuniae certis usibus ad liberandam et exsolvendam fidem meam destinarim, itaque S. Regiam Maiestatem Vestram subdite ac vehementer oro, dignetur vel ex regio suo thesauro istic numerandum mihi curare, vel Magnifico Domino Palatino Culmensi[2]) per literas regias clementer mandare, ut mihi id salarii primo quoque tempore Marienburgi numeret.

Quod si forte in thesauro Regiae Maiestatis Vestrae Marienburgensi (quod haud facile crediderim) tantum non supersit, nihil dubito tamen ipsum Dominum Palatinum pro sua autoritate (siquidem a S. Regia Maiestate Vestra iniunctum illi fuerit) facile modum viamque conficiendae huiusmodi pecuniae inventurum et in gratiam Regiae Maiestatis Vestrae omnia diligenter seduloque conaturum. Quare ut S. Regia Maiestas Vestra hac vice benigne clementerque mihi gratificetur faxitque, ut et nunc sine mora dilationeve, et porro etiam, Deo Optimo Maximo vitam prorogante, Marienburgi annuatim mihi numeretur stipendium, ne tot molestiis S. Regiam Maiestatem [*f. 701*] Vestram, quod hercle invitus facio, onerare necesse habeam, iterum etiam atque etiam demisse oro. Id erga S. Regiam Maiestatem Vestram omnibus debitis obsequiis, subditis et amicis studiis sedulo promereri conabor. Quam Christus omnipotens cum Serenissima Regina coniuge[3]) diu salvam, incolumem florentemque conservet. Ex arce Tilsit etc.

Commissio Principis propria
C.S.

1) *Spytco Jordan de Zakliczyn.*

2) *Stanislaus Kostka, thesaurarius terrarum Prussiae.*

*N. 4062.*

*Tilsae, 10.IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Spytconi Jordan de Zakliczyn, R.P. thesaurario,*
*de annuo stipendio sibi numerando (cfr. N. praeced.).*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, NN. 1431, 1438.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 701-702.*

*N. 4063.*

*Tilsae, 11.IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*pro benevolentia legatis suis exhibita gratias agit; de non bono Comitiorum exitu dolet; de oratione Ioannis Tarnowski, in Comitiis habita, quid sibi videatur; pro litteris palatini Calissiensis sibi missis gratias agit; de matrimonio reginularum Poloniae cum rege Sueciae tractandum esse censet; de infausto casu Bernardi Pretwicz dolet etc.*

*Autogr. Sigill.*

*Cfr. El. XLIII, N. 153.*

*HBA, B, K. 1176.*

Geliebter her hofmeister, guter freundt.

Ewer schreiben, Letare zu Partzoff datiret, thut melden, wes ir meiner gesantten halber in erfarung kumen und was ir durch ewern diner Bohibel[1] weiter verschaffet, das ich alles nicht weis, wy ichs umb euch wider beschulden solle, das ich solche sorgfeltigkeit fur dy meinen vergleiche, den mihr auch meine gesanten ewere gutwilligkeit und woldat durch ewern diner ynen erzeiget nicht genungsam rumen kunnen, warumb ir den mich euch gancz zu eigen gemachet, das ir meiner in allem wider mechtig.

Das ir aber nicht wisset, was ir in der wahrheit fur gewis von vergangnem reichsdag zu schreiben etc., solt ir mihr wahrlich glauben, das mihrs sehr bekumerlich gefallen das gemeine rucht, so ich darvon gehoret. Itzunder aber noch fyl bekumerlicher, weil ich den ausgang erfaren und spure, was allenthalben darvon geredet wurt. Besorge furwahr, das Got uber uns alle, herren und knechte, zurne uber dy grossen undanckparheit der grossen woldaten, so uns der liebe Got anbiten thut, sein heiliges wort sendet, wihr aber alle mehr dy lugen als dy wahrheit lieben, und uns dy geistlichen in abgrundt der helle furen lassen, fyl weniger ein busfertiges leben suchen noch uns darzu sehnen. Und ist pillich darumb Got durch uns alle zu bitten, er wolle umb Iesu Christi willen mit uns nicht in gericht gehen, nach uns in seinem zorn straffen, noch in seinem grime zuchtigen, sunder fylmehr unssere schwacheit ansehen, und das wihr aus boser natur verderbet, uns gnedig sein umb seiner grossen barmherczigkeit willen, mit der er sich erbarmet hat uber das menschliche geschlecht und Christum, seinen eiggebornen lieben son, in dise welt gesant, uns arme sunder selich zu machen

und nicht zu ferdammen, das er in dem auch unssere schwacheit uberwinden wolle und uns gnedig und barmherczig sein etc.

Der liebe Got wolle auch verleihen, wen ein ander dag ken Petrikaw angeseczet wurt, das er mit mehrer frucht zu Gottes ehre angefangen, gemittelt und fruch[t]parlich, auch seligklich geschlossen werde. Amen.

[*p. 2*] Mich duncket auch, das gleichwol dy rede des herren von Dernoff[2] k.mt. wol und fleissig zu bedencken gepuren wolle, und sehen mich warlich dise hendel und welt also an, das mich duncket, es hab k.mt., weil dy Kron gestanden und ine keinen kunig so hoch vonnoten gethon, gut aufsehen und rat zu haben, auch nichts in wint zu schlahen diser zeit lauf, nach zu bedencken. Warumb ich auch Got herczlich bitte, er wolle k.mt. und allen herren des rates seinen heiligen geist und in im weisheit verleihen, domit zu Gottes ehren und gemeinem nucze nichts versehen noch verlassen.

Kan aus dem ende des reichstags abnemen, das fileicht nicht gar dy trey artickel, ab sy wol zum deil selbst ein weg gefunden, das gleichwol der tritte nicht der wenigste, der pillich zu beratschlagen. Was aber beschehen aber nicht und ab ein ander dag angeseczet ader noch werden solle, warte ich von euch weitern bescheidt. Und bedancke mich der zugeschickten schrift des herren calisky woiwoden[3], und syhet mich der handel noch wunderlich an, bevohr weil ich dy grosse undanckparheit der herrn Costelletzky spure, und wurt meinem g. herren auch wol gepuren, sich kuniglich und furstlich, wy ich den nicht zweifel, zu ferhalten, domit s.k.mt. nicht schult geben als das s.mt. gesimuliret etc. Erwarte hirumb auch, wes sich weiter ereugen wurdet. Und bedancke mich kegen euch ewers treuherczigen erbitens der trewen und angenemen dinst, do ir euch auch zu mihr vertrosten solt, wo ich euch auch trewlich dinen werde kunnen, das ichs nicht nachlassen wil.

Geliebter freunt, her hofmeister. Ich[a] kan euch weiter vertrewlich nicht pergen, das ich in geprechlicheit meiner gedechtnus mich nicht anderst erindern kan, den ich habe k.mt., m.g. herren, einen furschlag gethon ader ie thun wollen, weil ich meinen g. frewlein ie gern dinen wolt, auch aus befelich meiner gnedi[g]sten frawen kunigin Bone, dy mihr sunderlich auferlegt, das ich vordern und helfen wolle, das ire gnaden versorget. Hab ich bey mihr bedacht, ab nicht gut, das mit der k.w. in Sweden[4] gehandelt wurde, weil er einen feinen jungen herren zum son von der von Praunsweig haben solle, das man im der frewlein eins verehelichet angesehen, [*p. 3*] das gleichwol k.mt. und der Kron durch solchen heirat fyl gedinet mocht werden, wider Reussen und Eiflender auch dohin sehen mochte, das so es vonnoten mit der zeit, so k.mt. etwas auslossen mochte, das s.mt. geldes benotiget, het s.mt. an dem ort zu suchen, den der kunig wurt gerumet eines grossen reichsdumb. So nun k.mt. gefellich, das ich bey Sweden was handeln solte, wollet mihr solches in geheim bey k.mt. verhoren und s.mt. hiemit mein willigen dinst befelen.

Beschlislich kum ich in erfarung, was sich mit dem guten erlichen man, dem Bretwiczen[5], zutragen thut eines pferdes halber, des ich wahrlichen hart betrubet, bin hirumb verursachet worden, ewerm diner zu schreiben, was er mit euch daraus handeln solle. Bitte zumb hogsten, ir wolt keinen fleis bey k.mt. sparen, somit s.mt. umb des mans willen nicht bei andern leuten auch zured geseczet und ursach geben werde, das erlich leut zu dinen abschew gemacht wurden.

Wollet auch in meiner mutter[6] sach das beste bey meiner g. frawen[7] thun, domit ier l. wider zu dem irigen, auch erliden costen und schaden

kumen moge. Das alles verdine ich umb euch, dy ich Gottes gnaden befele und bitte neben erbitung meiner willigen dinst, mein und meiner gemahel[8], uns alle in meliori forma irer mt. dinstlichen zu befelen. Ob auch ire mt. gern gute reinische weine haben wolt, last michs wissen, dine ich irer mt. gern. Datis in eile Dilset den 11 Aprilis anno 1554.

Albrecht der elter marggraff, in Preussen etc. herczog etc.

a) *in ms.* in

1) *Bernardus Pohibel.*

2) *Ioannes Tarnowski.*

3) *Martinus Zborowski, palatinus Calissiensis.*

4) *Gustavus I.*

5) *Bernardus Pretwicz, capitaneus Trembovlensis.*

6) *Elisabeth, socrus ducis Alberti.*

7) *regina Catharina.*

8) *Anna Maria.*

## *N. 4064.*

*Tilsae, 10.IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,*
*rogat, ut litteras pro comitissa Hennebergensi intercessorias ad regem Romanorum per nuntium regium mittendas curet.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 698-699.*

Ioanni Przeremski, Regni Poloniae Vicecancellario, X Aprilis.

Petit, ut per regium cubicularium literas ad Romanorum Regem mittat.

Reverende ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Cum proxime literas intercessorias ad Serenissimum Romanorum Regem pro Illustri Domina Elisabetha Comitissa Hennebergensi etc. a S. Regia Maiestate Poloniae etc., Domino nostro clementissimo, impetrassemus, facturam se Reverenda Generositas Vestra recepit, si porro in eodem negotio intercessione aliqua S. Regiae Maiestatis opus foret, ut literae Maiestatis Regiae cum proprio nuntio (si ita vellemus) ad Romanorum Regem mitterentur. Pro qua Reverendae Generositatis Vestrae benevolentia eas, quas debemus, illi habemus gratias. Quoniam autem nunc in eo ipso negotio (quemadmodum ex literis nostris Reverenda Generositas Vestra cognoscet) denuo intercessionem regiam petimus, [*f. 699*] rogatam Reverendam Generositatem Vestram habemus, apud S. Regiam Maiestatem opera sua iuvet, ut Maiestas Sua eo faciliorem et clementiorem precibus se nostris praebeat, deinde ut per cubicularium regium literae intercessoriae ad Serenissimum Romanorum Regem mittantur. Sin vero Reverenda Generositas Vestra existimaverit minus conveniens nos petere propter sumptus S. Regiae Maiestati hac ex parte faciendos, quantum eius intererit, id omne soluturos nos esse promittimus. Factura in hoc Reverenda Generositas Vestra rem nobis valde gratam et quovis benevolentiae studio vicissim demerendam etc. Datae in arce nostra Tils[it], X[a] Aprilis.

A.M.

a) *in ms.* XIIII

N. 4065.

Tilsae, 10.IV.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. cancellario [Ioanni Ocieski] et, mutatis mutandis, vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*pro negotiorum suorum in Comitiis Regni promotione gratias agit; causam annui stipendii sui quotannis Marienburgi persolvendi ei commendat; nomine uxoris suae et filiae gratias agit pro opera in negotio viduae Hermensdorff adhibita.*

*Cfr. El. XL, N. 1436.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 703-704.*

Cancellario Regni, mutatis mutandis Vicecancellario, X Aprilis.
Gratias agit, quod negotia Celsitudinis Suae curae habuerit. Item petit stipendium annuum Marieburgi numerari. Agit item gratias, quod libertatem viduae Hermesdorfianae impetraverit.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Non modo ex literis Magnificentiae Vestrae, verum etiam ex relatione legatorum nostrorum, quos ad proxime celebratum conventum Regni miseramus, intelleximus Magnificentiae Vestrae res nostras maximae curae fuisse. Quare illi merito, ut debemus, gratias agimus, pollicemurque nos data aliquando occasione amice relaturos, praesertim autem illa, quae nobis Magnificentia Vestra per D[octorem] Jonam renuntiari fecit, digna cognitione visa sunt. Ideoque memores erimus erga Magnificentiam Vestram, neque patiemur nobis ex animo unquam elabi.

Ceterum Magnificentiam Vestram certiorem facimus nobis hoc anno stipendium nostrum, quod ad festum Paschae a S. Regia Maiestate Poloniae, Domino nostro clementissimo, quottannis numerari consuevit, nondum solutum, scripsitque nobis Magnificus Dominus Thesaurarius Regni[1] Regiam Maiestatem nondum prorsus constituisse, utrum istic ex thesauro regio, an hic Marienburgi numerari debeat etc. Quare Magnificentiam Vestram amice [*f. 704*] rogatam facimus, ut interposita sua autoritate a S. Regia Maiestate obtinere studeat, ut aut istic ex regio thesauro citra dilationem stipendium nostrum consequamur, aut literis regiis Magnifico Domino Stanislao Kosska, Palatino Culmensi, mandetur, ut primo quoque tempore et postposita omni mora id stipendii nobis numeret. Quod si forte, exhausto nunc aerario, tantum non supersit, quod haud credibile est, non dubitamus tamen ipsum Dominum Palatinum (si quidem ipsi iniunctum fuerit) facile viam modumque colligendae huius pecuniae inventurum nobisque hac ratione gratificaturum. Et quoniam multum adeo negotii quottannis nobis exhibetur in percipiendo nostro salario, itaque Magnificentia Vestra navare operam velit, ut non solum hac vice, verum etiam in posterum, Deo vitam nobis prorogante, pro constituto tempore Marienburgi nobis stipendium numeretur. Id Magnificentiae Vestrae amicis studiis sedulo compensabimus.

Extremo Illustrissimae Principes, coniunx et filia nostrae dilectissimae[2], maximas gratias Magnificentiae Vestrae habent, quod negotium miserae et afflictae viduae adeo diligenter apud S. Regiam Maiestatem promoverit ac eam libertatem asportandi in Lithuaniam sine theloneo satis

impetraverit, pollicenturque suam vicissim erga Magnificentiam Vestram gratitudinem, quod nos similiter benigne recipimus. His Magnificentia Vestra bene feliciterque valeat. Datae Tilsit etc.

C.S.

1) *Spytco Jordan de Zakliczyn.*
2) *Anna Maria et Anna Sophia.*

*N. 4066.*

*Tilsae, 14.IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro Elisabeth comitissa Hennebergensi [matre uxoris suae Annae Mariae] in negotio ei cum ducibus Brunsvicensibus intercedente.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 705-707.*

Regi Poloniae, XIIII Aprilis.
Pro Comitissa Hennebergensi.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Quid Serenissimus Romanorum Rex[1] ad Maiestatis Vestrae intercessionem, pro Illustri Domina Elizabetha Marchionissa et Comitissa Hennebergensi interpositam, responderit, id ex literis Serenitatis Suae a S. Regia Maiestate mihi communicatis perspexi. Ingentes autem et eas quidem maximas Maiestati Vestrae ago gratias, quod eo usque negotium hoc, miserata calamitatem Ducissae illius, iuverit promoveritque. Latere autem S. Regiam Vestram Maiestatem nolo cognovisse me Illustrissimos Principes, Dominum Ioachimum, Sacri Romani Imperii Archicamerarium et Electorem, et Dominum Ioannem, Marchiones Brandenburgenses, non ita pridem cum Illustri Domino Henrico et Erico, Ducibus Brunsvicensibus, egisse adeoque summam navasse operam, ut Illustris Domina Marchionissa bonis suis, quibus contra iura et privilegia, super donationibus illustribus personis ab Imperatoribus concessa, misere eiecta esset, restitueretur cum damnorum et sumptuum refusione. Praetendisse autem praenominatos Dominos Duces Brunsvicenses [*f. 706*] eam restitutionem fieri non posse, nisi consentiente Serenissimo Romanorum Rege, nec prius etiam, quam ubi de damnis in proximo hoc bello acceptis satisfactum foret eius Serenitati atque Serenitatis Suae belli complicibus. De quo mirari satis nequeo, siquidem Serenissimus Romanorum Rex operam et authoritatem suam regiam eo in negotio clementer adeo et benigne pollicetur.

Praeterea petiverunt supradicti Domini Marchiones Brandenburgenses a Domino Henrico Duce Brunsvicensi, ut Illustritas Sua salvi conductus literas daret Dominae Comitissae Hennebergensi, ut ipsi tuto et secure hinc inde pro necessitate sua commeari et proficisci liceret. Nec illud obtineri potuit, sed aeque ac restitutionis negotium a dicto Duce Brunsvicensi in Serenissimum Romanorum Regem reiectum est. Quandoquidem autem literae Serenissimi Romanorum Regis longe benignius quiddam continent, quam ut consensus eius Serenitatis in dubium vocandus sit, coniicere aliud non possum, quam id agi tantum, ut eiusmodi subterfugiis satis iam cala-

mitosa Domina magis magisque praegravetur. Itaque et rei indignitate et miserae illius Marchionissae luctu ac dolore motus, operam denuo Maiestatis Vestrae eo in negotio implorandam duxi. Quam officiosissime oro, ne dedignetur Illustris illius Dominae, Maiestatis Vestrae consanguineae, commendatione praemissa, negotium hoc clementer iterum apud Serenissimum Romanorum Regem iuvare, ut Serenitas Sua ex authoritate regia dictis Dominis Henrico et Erico, Brunsvicensibus Ducibus, per literas mandet bona Comitissae Hennebergensi erepta cum damnorum et expensarum solutione [*f. 707*] reddi, tali appendice, ut si praedicti Duces quid habent, quod queri de ipsa Illustri Domina possent, iuris id remediis, et non vi, facerent; deinde ut eius Serenitas apud Serenissimum fratrem suum, Sacram Imperatoriam Maiestatem[2]), idem dictis Ducibus ab ipsa authoritate imperatoria mandari efficiat.

Ad extremum cum praeter ius et aequum literae salvi conductus ab Henrico Duce Brunsvicensi Illustri Dominae Marchionissae Brandenburgensi denegatae sint, dignetur Maiestas Vestra eo quoque nomine Serenissimum Romanorum Regem amice rogare, ut Serenitas Sua cum Serenissimo fratre suo, Caesarea Maiestate, salvo conductu Illustri Dominae subveniat, ut Illustritas illius eo adiuta cum suis tuto [et] secure in Sacro Romano Imperio, quo ei necesse fuerit, ire et redire possit, utque Serenitas Sua per literas id utrique Duci Brunsvicensi, et Henrico et Erico, denuntiet mandetque, ne quid secus praesumant. Factura Maiestas Vestra opus pium, mihi vero longe gratissimum, sumque illud non aliter reputaturus, quam si in me collatum esset. Quod demereri quoque perpetuis meis officiis sedulo conabor. Bene ac feliciter valeat. Datae in arce nostra Tilsit etc.

A.M.

1) *Ferdinandus I.*
2) *Carolus V.*

*N. 4067.*

*S.l., 14.IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Catharinae reginae Poloniae*
*petit, ut negotium socrus suae, comitissae Hennebergensis, patri suo, regi Romanorum, commendet, quo ei ab Henrico et Erico ducibus Brunsvicensibus tandem satisfiat.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 207v-208v.*

An die koniginne zu Polan, den 14 Aprillis 54.

E.Ko.Mt. fuge ich freuntlicher guther wolmeinung zu vernehmen, das ich diser tage die antwort, welche der cum tittulo romischer konig[1]) etc. in sachen betreffende die cum tittulo grefin zu Hennebergk[2]) mit koniglichen gnaden von sich gegeben, zun handen bekomen. Nun thu ich mich disfals gegen E.Ko.Mt. beschehener gnedigsten beforderung ufs underthenigist bedancken. Und kan E.Ko.Mt. ferner undertheniglichen nicht pergen, das neulicher tage durch die hochgeborne[n] fursten, cum tittulo herrn Jochim, des Heiligen Romischen Reichs ertzchemerern etc., und hern Johansen, beden marggrafen zu Brandenburgk, gebrudern etc., mit hertzog Heinri-

chen und Erichen zu Braunschweig allerley handlungen gepflogen, damit hochgedachte furstin irer leibzucht, dere sie zu aller unbilligkeit und allen key[serliche]n begnadigungen, damit die weiplichen personen furstliches stammens begabt, zuwider entsetzt, widerumb restituiret mochte werden, sampt erliden scheden und unkosten; in welch verhandlung durch die hertzogen zu Braunschwig, hertzog Heinrichen und Erichen obgemelt, furgewendet, das solche restitution ohne der romischen ko.mt. consens und bewilligung, auch ehe ire ro.ko.mt. und derselben kriegsverwanthen irer scheden, [*f. 208*] die sie in jungsten kriegen erlieden, erstadtet, nicht geschehen kondt; welchs mich warlich nicht wenig befremdet, bevorab weil sich die romische ko.mt. gantz gnedig uff E.Ko.Mt. befurderung in dieser sachen vernehmen lassen.

Zudeme ist durch die chur- und fursten zu Brandenburgk wegen hochermelter furstin von Hennebergk bey hertzog Heinrichen umb ein gleit, damit ir l. nach irer notturft sicher hin und wider wandeln möchte, gehandelt worden; welchs gentzlichen abgeschlagen und durch hertzog Heinrichen auch die ausflucht furgewendet, das solche vergleitung ohne der ro.ko.mt. vorwissen ebensowenig als die obgemelte restitution geschehen möchte. Weil dan aus vil und hochgedachter ro.ko.mt. gnedigsten antwort vil ein anders scheinet, muss ich und meniglich daraus urtheilen, das man hirdurch die betrubte furstin noch jhe lenger je mer zu beschweren gedenckt.

Bin derwegen verursacht worden, E.Ko.Mt. nachmals ditzfals underthenig und freuntlich [zu] bitten, E.Ko.Mt. wolle nochmals bey irem geliebten herrn und vattern der betruckten furstin zu gnaden befordern, uff das ire ro.ko.mt. an gedachte hertzogen Heinrichen und Erichen zu Braunschwig [*208v*] schreiben und aus ro[mische]r ko[nigliche]r macht inen bevelhen wolle, die furstin irer entsetzten leibzucht, unkosten und scheden zu restituiren, und wo hertzog Heinrich oder Erich einigerley zuspruch zu ir vermeinten zu haben, das sie solches durch recht und nit mit gewalt ausfureten, das auch ire ro.ko.mt. solchs nicht allein fur sich thue, sonder auch bey der ro.key.mt.[3] dasselbe befordere, damit umb merer ersprieslichkeit willen ire ro.key.mt. aus keyserlicher macht auch solches ernstlich mandire.

Und weil jhe zu hochster unpilligkeit vil und oftgemelter furstin von Hennebergk die vorgleitunge durch hertzog Heinrichen abgeschlagen, so bitte ich abermals gantz underthenigist, E.Ko.Mt. bey der ro.ko.mt. vleissig zu befordern, kein beschwer haben wolle, damit durch ro.key. und ko.mt. die von Hennebergk sampt allen den iren vorgleitet und im Heiligen Romischen Reich irer l. nothwendigkeit nach sicher wandlen muge, und auch hertzog Heinrich und Erichen solches verkundten und gleitlich wider sie zu halten mandirten etc. Darfur wirt Got etc.

A. Hack

1) *Ferdinandus I.*

2) *Elisabeth, socrus ducis Alberti.*

3) *Carolus V.*

*N. 4068.*

*E Regio Monte, s.d., IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Adamo Kłoczewski* (Closchewski), *capitaneo Lomzensi, et Iacobo Lekarkowski* (Lecorkawski), *iudici Zambroviensi,*

*pro uxore Nicolai Tarnowski, subditi sui, intercedit, ut eam in obtinendis bonis hereditariis, quae si* "ex parte utrorumque defunctorum parentum suorum» *debentur, adiuvare velint.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 715.*

*N. 4069.*

*E Regio Monte, 7.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*comitibus a Górka [Lucae et Andreae]*
*rogat, ut tres equos veredos cum curru et auriga sibi emendos et mittendos curent, simulque perscribant,* "quanti omnia constent".

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1443.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 713-714.*

*N. 4070.*

*E Regio Monte, 16.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*de felici regis in Magnum Lithuaniae Ducatum adventu gaudet et sperat fore, ut negotia subditorum suorum et sua regi, sicut promiserit, curae futura sint; scribit aliqua nova de ducis Brunsvicensis et magistri Ordinis Theutonicorum moliminibus.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 710-713.*

Regi Poloniae, XVI Maii.
Gratulatur de felici in Lithuaniam adventu, petitque negotia sua, sicut pollicita est S. Regia Maiestas Sua, curae haberi. Item scribit nova de exercitu Ducis Brunsvicensis.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Quandoquidem intelligo S. Regiam Vestram Maiestatem in Magnum Lithuaniae Ducatum adventasse, precor, ut adventus iste S. Regiae Vestrae Maiestati sit faustus et felix, rebusque omnibus ex voto conficiendis salutaris. Quoniam autem aliquoties S. Regia Vestra Maiestas clementer pollicita est memorem illam gravaminum meorum fore, quae in Magno Ducatu Lithuaniae contra pacta et foedera subditis meis inferuntur, ut sunt nova thelonea et itinera, [*f. 711*] interdictum de libero mercatu, negotium finium et partium illarum, quarum in me conferendarum spem liberalem fecit, et quae praetera his annexa sunt, facturamque esse Maiestatem Vestram, ut communicato cum consiliariis istic suis consilio id, quod pactis conveniens esset, statueretur, quamobrem minime dubito curae haec omnia Maiestati Vestrae nunc fore, sicuti et officiosissime eo nomine S. Regiam Vestram Maiestatem oratam habeo, quam optato tandem responso exhilaraturam[a] me omnino mihi persuadeo.

Ceterum latere S. Regiam Vestram Maiestatem nolo, renuntiatum mihi esse ab hominibus fide dignis, Illustrem Dominum Henricum Ducem Brunsvicensem non procul a civitate Lubecensi insignem exercitum alere, castraque ibi circum circa metari, equitum numerum esse ad tria millia, peditum vero millia circiter decem. Copias autem numerosiores propediem illis adfuturas, famamque esse, postquam convenerint omnes, coniunctis eos viribus nomine Sacri Romani Imperii pacem et concordiam in Germania stabilire velle, atque omnes eos, qui a Sacro Romano Imperio proscripti sunt, persecuturos.Existimari etiam a nonnullis destinatas esse copias illas in eum finem. Cum spes sit Serenissimi Romanorum Regis filium in his, quae proxime habebuntur, Sacri Romani Imperii Comitiis in Caesarem electum iri, urbibus tum illos nonnullis Sacro Romano Imperio subiectis molestos fore, vel si quid in Comitiis [*f. 712*] contra rebelles Imperii decretum fuerit, ad executionem eius subordinatos illos esse. Sciri autem horum posse certi nihil, antequam copiae omnes coniungantur.

Illud vero aliquid latentis doli mihi videtur alere, quod inter cetera certo ad me perscribitur, Dominum Ducem Brunsvicensem et Ordinis Teutonicorum Magistrum[1] mutuas inter se operas tradere, ita etiam, ut Magister Ordinis Livoniensis suppetias[b] se Duci Brunsvicensi laturum magna cum amicitiae suae delatione promiserit. Fuisse etiam Lubecae per totam hiemem et adhuc ibi haerere istius Magistri legatos, qui sua cum Duce Brunsvicensi consilia et negotia per internuntios communicent tractentque. Quo fit, ut multi suspicentur aliud subesse, quam illud, quod vulgo fertur. Me vero postremum hoc de Ordinis Magistro in varias quoque cogitationes trahit, ut committere non potuerim, quin eius S. Regiam Vestram Maiestatem certiorem facerem. Cumque intelligam copias illas in locis istic maritimis propter angustiam victualium diu haerere non posse, metuendum est, ne qualicumque quaesita occasione aeque Prussiae terris ac aliis instinctu Magistri illius inhient, siquidem illis libero traiectu tam Gedanum, quam etiam in hunc meum Prussiae Ducatum illinc navigare perfacile est.

Quoniam vero malum illud, in quamcumque reciderit partem (quod tamen Deus clementer avertat), Maiestati Vestrae commune, vel potius proprium est, iudicio et providentiae eiusdem relinquo, an non expedire existimet, ut Gedanensibus per Maiestatem Vestram cura harum rerum diligens demandetur, ut quid sibi [*f. 713*] copiae istae velint, clam per suos sciscitentur, rebusque ac rationibus suis invigilent, nam iacula praevisa minus feriunt, et sagacitate non raro inopinatis casibus occurritur. Missi iam a me quoque sunt exploratores percontandi exercitus illius propositum. Quicquid ex illis cognovero, communicare id S. Regiae Vestrae Maiestati non praetermittam. Atque haec S. Regiam Vestram Maiestatem pro fide mea celandam esse non putavi, quandoquidem etiam in parvis vigilantia diligens non negligenda est. Quod reliquum est, opto S. Regiae Vestrae Maiestati longam incolumitatem et successus rerum omnium felices. Datae Regiomonti.

A.M.

a) *in ms.* exhileraturam
b) *in ms.* suspetias
1) *Volfgangus Schutzbar.*

N. 4071.

E Regio Monte, 16.V.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. cancellario [Ioanni Ocieski] et, in simili forma, vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*pro diligentia in annuo stipendio sibi procurando adhibita gratias agit et rogat, ut regi Comitia Lithuanica celebraturo negotia sua in memoriam revocet.*

*Cfr. El. XL, NN. 1437, 1441.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 716.*

Cancellario Regni, in simili forma Vicecancellario, XVI Maii.
Agit gratias pro studio in procurando annuo stipendio praestito, petitque, ut S. Regiae Maiestati conventum in Lithuania celebraturae in memoriam revocet negotia Celsitudinis Suae.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Magnificentiae Vestrae studium diligentiaque de annuo nostro stipendio procurando grata nobis fuere, illique hoc nomine amice, ut debemus, gratias agimus. Et cum S. Regia Maiestas Poloniae, Dominus noster clementissimus et consobrinus charissimus, brevi, uti nobis significatum est, [venire] in Lithuaniam cogitet, precamur Deum, ut Magnificentiae Vestrae faustam et felicem eam profectionem esse velit, insuperque amice petimus, ut cum S. Maiestas conventum cum consiliariis suis Lithuanicis habitura est, gravaminum nostrorum Lithuanicorum memor sit, atque ea negotia, de quibus nunc S. Regiae Maiestati scripsimus (quandoquidem ad universum Regnum spectare videntur), Magnificentia Vestra sibi commendata habere velit, detque operam, ut aliqua ratio horum habeatur, ne quid Respublica detrimenti per nimiam securitatem aut oscitantiam capiat. Id Magnificentiae Vestrae laudabile fuerit, et nos amicis studiis compensabimus. Quam bene feliciterque valere percupimus. Datae Regiomonti.

C.S.

N. 4072.

E Regio Monte, 16.V.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,*
*nuntiat se Ioannem Łubnicki, ab eo sibi commendatum, in numerum servitorum suorum libenter acceptasse; rege brevi in Lithuaniam venturo rogat, ut ei* "de negotio finium Lythuanicorum, ubi occasio dederit, mentionem facere dignetur".

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 716-717.*

*N. 4073.*

*S.l., 16.IV.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło et Bernardo Pohibel*
*rogat, ut a regina Catharina impetrare conentur, quo negotium socrus suae, Elisabeth comitissae Hennebergensis, non solum regi marito suo commendet, sed etiam apud regem Romanorum, parentem suum, id promovere velit.*

*(Schedula: adiungit copiam litterarum ad regem Romanorum a regina Catharina scribendarum).*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLIII, N. 154, El. XLIV, N. 92.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 212v-213.*

*N. 4074.*

*S.l., s.d., 1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarło,*
*rogat, ut pretium boum sibi emendorum perscribat et se certiorem reddat, quando eos missurus sit.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 213.*

*N. 4075.*

*E Regio Monte, 17.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
"eximio et erudito Petro Lorioto"
*subditum suum Zengerum, ab eo sibi commendatum, se favore suo prosecuturum promittit et rogat, ut ea, qua coepit, benevolentia illius studia sibi commendata habeat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 718.*

*N. 4076.*

*S.l., 17.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*pro litteris regis et reginae sibi missis gratias agit; de bona valetudine reginae, nascituram sibi prolem exspectantis, gaudet et precatur ei, ut felix mater esse possit; vinum Rhenense ad usum reginae, cum primum eiusmodi vina ad se pervenerint, libenter se esse missurum promittit; gratias agit,*

*quod annui sui stipendii solutionem apud regem promoverit; de clementia Bernardo Pretwicz a rege exhibita gaudet; litteras Sigismundi ab Herberstein sibi missas remittit.*

*Cfr. El. XLIII, N. 154.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 208v-211v.*

An Therlen, den 17 Maii 54 etc.

Wir haben euer schreiben bey unserm diener und [*f. 209*] postreuther den 14 dises monats bekomen und daraus, das ir unser eigen handtschreiben bey demselben postbothen den 27 vergangenes monats Aprillis empfangen, unser wolmeinendes gnediges gemuth vermerckt, euch desselben bedancken, und ir den bothen nicht er, bis ir mit Gottes hulff gen Breszitz[1] gelangt, abfertigen konnen, entschuldigen thut, sampt fernerm inhalt verstanden. Nun wehre derselben dancksagung, vil weniger der furgewandten entschuldigung, gar nicht nottigk gewesen, dan ir uns mit euren treuhertzigen wolmeinenden dinsten manigfaltige ursach gebet, euer in gnaden nicht zu vergessen, und so wir uns gegen euch hinwiderumb warinnen dermassen, damit ir unser danckbar gemuth zu befinden, erzeigen muchten, were uns sovil lieber, und sollet es, ob gotwil, in der thadt nicht anderst befinden. Wir thun uns aber gegen euer person der zugeschickten schriften von beyden ko.mt., unseren g. herschaften, daran uns (und das solche vermug der ubersandten copien erlanget und dermassen von wort zu wort gefertiget) zu sonderm angenemem gefallen beschehen, gantz gnediglich bedancken. Wollen solchs umb beyde ire ko.mt. undertheniges und freuntliches fleisses [*f. 209v*] zu verdienen, gegen euer person aber eur furderung in gnaden zu vergleichen nicht underlassen, den lieben Gott anrufende, das solche vor billiche schriften, wie die von iren mt. aus gnedigem und ko[nigliche]m wolmeinendem gemuth der cum tittulo etc. unser freuntlichen lieben muhmen, mutter und gefattern etc. zum besten mitgetheilet, ir. l. in itzigem irem anligen ersprieslich sein und etwas fruchtbarlichs schaffen und wircken mugen etc.

Sovil den anvertrauten handel, davon in eurem schreiben meldung geschicht, belangen thut, mugen wir euch nicht pergen, das wir gleich itzo denselben vortzustellen, im werck und furhaben sein, damit solche sachen nach seinem willen einen gluckseligen fortgang gewinnen, und darin unser treue und dinstwilligkeit gespuret werden muge.

Wir seint auch sonderlich hoch erfreuth, das hochgenante unsere gnedige konigin und fraw[2], Got lob und danck, in frischer guther gesuntheit, und sich die sachen also, wie euer schreiben meldet, tagkteglich mercken lassen. Wunschen und bitten gleichsfals von hertzen, der liebe Gott ir mt. mit leibsfruchten begnadigen und uns alle die froliche zeith, da ire mt. mit leib und gesuntheit ein froliche mutter werden muge, erleben wolle lassen. Das sich auch ire mt. [*f. 210*] gegen uns, unsere fruntliche liebe gemahel[3] und tochter[4] neben zuentpothener begrussung also gnediger gunst und furderunge vernehmen lassen, thun wir uns billich zum hochsten bedancken. Begeren und sinnen auch mit allen gnaden, ir solche dancksagung gegen irer mt. wegen unser aller mit dem besten auszurichten und irer mt. vil gluckseliges, zeitlicher und ewiger wolfart zu wunschen, unbeschwert sein wollet. Mogen euch auch nit pergen, das gemelte unsere hertzliebe gemahel, auch junger son[5] und beyde tochtere[6], neben und gotlob in zimlicher leibsfristung[a], der Allerhochste gruhe hinfurt uns alle, sonderlichen aber beide ko.mt., unsere gnedige[n] herschaften, in gesuntheit und gluckseliger

regirung, wie uns allen dan nichts begirlichers und erfreulichers begegenen magk, langwirigk zu erhalten. Amen.

Und dieweil wir auch unser gnedigen frauen, der konigin, gnediges begeren der reinischen wein halben vermercken, seindt wir irer mt. nicht allein in solchem geringen, sonder vil merherm und grosserm underthenig und [*f. 210v*] freuntlich zu wilfaren geflissen. Es seint aber dises jar noch kein frische reinische wein alhir ankomen, warten derselben nuhmer teglich. Sobaldt nuh etwas alher gelangen wirt, wollen wir irer mt., ob Got wil, einen guten trunck senden. Im fall sich aber die ankunft der weyne uber zuversicht ein zeitlang verziehen muchte, weren wir irer mt. von denen weynen, davon wir zuvorn irer mt. etwas geschickt, mer zuzufertigen gesinnet. Begeren derhalben gnediglich, ir uns bey zeigern, ob irer mt. solche weine annemlich sein muchten, unverzuglich verstendigen wollet, sodan uber das die neuen ankomen, solt irer mt. damit gleichwol nicht vergessen werden.

Euerer furderung unsers jerlichen leibgeldes der 4000 gulden halben, solche von Marienburgk zu empfangen, seint wir danckbar, haben auch den koniglichen befelichbrief neben unserer diener einem nach Marienburgk zum hern Koska7) abgefertiget, der zuversicht, er werde uns mit dem gelde nicht also, wie vorm jhar beschehen, aufziehen, damit wir die ko.mt. ferner zu bemuhen nicht geursacht. [*f. 211*] Und ist unser gnediges sinnen, ir wollet unbeschwert sein, bey der ko.mt. zu gelegener bequemer zeit dahin zu befordern, damit uns dises jargelt hinfurt jerlich allewegen zu Marienburgk gelegt und dem hern schatzmeister solches durch koniglich schreiben (davon wir auch ein copia gern haben wolthen) bevolhen werden mochte.

Das des Pretwiczen sachen durch die ko.mt. also gnediglich, wie euer schreiben meldet, undernohmen, ist uns, weil wir des guten mannes halben nicht wenigk bekohmert gewesen, ser lieb und sovil mer erfreulich, nachdeme es dahin gelangt, das es ime an seinen ehren unverletzlich sein soll. Wollen euch auch den guten ehrlichen man, bey der ko.mt. further sein bestes zu wissen und im fall der noth sein sachen treulich zu befordern, hirmit gantz gnediglichen commendirt haben.

Als ir auch in eurem schreiben anzeiget, das unserer dancksagunge wegen eurer verehrten wagenpferde nicht nottigk wehre, und euch darauf hochlich erbiethen thut, mussen wir erkennen, solchs von euch aus sonderlicher dinstlicher meinung und wolmeinendem hertzen herflissen thutt. Den wir euch zu solcher verehrung und anderer [*f. 211v*] vilen dinstlichen verhaltungk wenigk ursachen geben, doch nehmen wir solch euer erbieten ahn und wollen uns, wo nicht mit gnugsamer vergeltung, doch mit gnediger danckbarckeit zur gelegenheit zu erweisen nicht nachlassen.

An der mitteilung der zugeschickten zeitung ist uns zu gnedigem gefallen geschehen, sonderlich auch das ir uns hern Sigmundts von Herbersteins schreiben, welches wir euch hiemit widerumb ubersenden thun, zugefertigt, und ist uns ser lieb und erfreulich, das zwischen euch beiden also grosse freundtschaft und zuversicht gepflantzet, in hofnung wie fur unser person derselben nicht entnohmen, sonder auch damit eingemengt und begriffen sein werden. Wes auch diser tag von neuen zeitungen hertzog Heinrichs von Braunschweig halben an uns gelangt, thun wir euch die inligendt, so guth uns die zukommen sein, ubersenden.

Letzlich die furbith wegen eurs alten dieners Pohibls belangende, wirt er, Pohibel selbst, aus unsers secretari B. Gansen schreiben, das er an inen, wo nicht bey disem bothen, doch sonsten, ehr den er verreyset, gethan

haben wirt, wie alle handlunge stehen, und wess wir dannocht umb euer furderung willen inen geniessen lassen, zu vernehmen haben. Und wolthen euch etc.

Commissio Principis propria
Princeps audivit
S. Schultz

a) *suprascriptum pro expuncto:* gesuntheit
1) *Bresta (Brześć) in Lithuania.*
2) *regina Catharina.*
3) *Anna Maria.*
4) *Anna Sophia.*
5) *Albertus Fridericus.*
6) *secunda filia ducis Alberti erat Elisabeth.*
7) *Stanislaus Kostka, palatinus Culmensis, terrarum Prussiae thesaurarius.*

*N. 4077.*

*E Regio Monte, 22.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*nuntiat se ab Ioanne Alberto duce Megapolensi accepisse de Henrici ducis Brunsvicensis et magistri Ordinis Theutonicorum consilio Pomeraniam et Prussiam invadendi et regem ad prudentiam ac vigilantiam adhortatur.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 718-722.*

Regi Poloniae, XXII Maii.
Scribit de exercitu Ducis Brunsvicensis[1] suadetque, cum fama sit velle illum Pomeraniam et Prussiam impugnare, ut rebus suis invigilet.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Etsi paucos ante dies S. Regiae Vestrae Maiestati perscripsi, quid de copiis Ducis Brunsvicensis ad me perlatum sit, latere tamen Maiestatem Vestram nolo, heri sub vesperam me ab [*f. 719*] Illustri Domino Ioanne Alberto Duce Megalburgensi literas citis itineribus ad me missas accepisse, in quibus Illustritas Sua significat exploratum se habere, Ordinis Teutonicorum Magistrum[2] cum Henrico Duce Brunsvicensi coniunctim alere exercitum, cuius ductores in castris profiteantur palam se propediem terras Pomeraniae et Prussiae invasuros[a] esse. Non fateri[b] autem illos, quemnam belli dominum agnoscant. Itaque monere Illustritatem Suam, ut rationibus meis diligenter invigilem. Haec cum ita festinanter ad me perferantur, praetermittendum esse non putavi, quin S. Regiae Vestrae Maiestati illa perscriberem. Et fuisse quidem prius eiusmodi quoque consilia, contra has terras agitata, recordor eo stratagemate instructa, ut binis copiis hae terrae invaderentur, quarum exercitus alter trium esset millium equitum, peditum vero quindecim vexillorum, et recta per Posnaniam in Prussiam iturus; alter vero exercitus duobus equitum, decem vero peditum millibus instructus, per Pomeraniam iret, ut eo nunc quoque consilio modoque negotium hoc tentatum iri non dubitem, praesertim cum copias illas sub Magistri et Ducis Brunsvicensis stipendiis militare certum sit.

Itaque cum providentia in rebus eiusmodi et diligens cura etiam in parvis non sit negligenda, suadeo S. Regiae Vestrae Maiestati pro ea, qua debeo, [*f. 720*] fide, ut Maiestas Vestra inspectores et praesidia Posnaniam

ordinet, quibus hostes, si illa via terras hasce aggredi conarentur, reprimi possent. Ex altera vero parte munienda esset civitas Gedanensis, et in illam quoque praesidia collocanda, quae per Pomeraniam venientibus copiis inde obviam irent et potius in solo alieno, quam in foribus propriis Martis aleam experirentur. Utile etiam foret, si Maiestas Vestra Gedanensibus frumenti exportationem nonnihil moderandam mandaret, ut si res ad obsidionem deveniret, victualia in promptu essent. Itidem Elbingensibus et aliis quoque Maiestatis Vestrae subditis de munitione et praesidiis iniungendum videretur. Nam certo ad me perscribitur fuisse ante triennium in his terris hominem quendam militarem, qui nunc in Ordinis Teutonici collegium receptus, amplissimis beneficiis a Magistro istius Ordinis donatus sit, illum omnia loca tam in Maiestatis Vestrae Prussiae parte, quam meo Ducatu perlustrasse, ut qui praesidia etiam singularum civitatum, situmque et conditionem fluminum et viarum in omnem eventum probe cognitum habeat. Is dicitur antesignanus quasi nunc Magistri et copiarum illarum esse. Idciro eo rationes omnes dirigendas existimo, ut si impugnandae hae terrae essent, rebus omnibus recte tam terra, quam aqua constitutis, hosti obviam potius in aliena adhuc terra existenti eatur, quam ut eo usque progredi permitteretur, ubi explorata iam haberet omnia. Quantum sane mearum est virium, lubens ego illud in eum, quem tamen Deus clementer prohibeat, eventum, in quencumque Maiestas Vestra locum voluerit, auxilio mittam.

Praeterea prudentiae S. Regiae Vestrae Maiestatis relinquo, an non statibus Regni Poloniae talia indicanda, eosque de apparatu praemonendos censeat[c]. [*f. 721*] Deinde cum intelligam Serenissimum Romanorum Regem[3] confoederatum esse Duci Brunsvicensi, dignetur S. Regia Maiestas Vestra dicto Domino Romanorum Regi conatus huius exercitus significare, simulque instare, ut mandato S. Regiae Maiestatis Suae Dux Brunsvicensis, sive is, qui copias illas ducturus est, prohibeatur, ne quid hostile contra Maiestatis Vestrae terras tentet.

Ad haec quandoquidem mihi opus tunc quoque foret hominibus in militia exercitatis, rogatam S. Regiam Vestram Maiestatem habeo, ut Generoso Benhardo Pretwicio proficiscendi ad me facultatem concedat, liberumque illi faciat, si necessitas postulaverit, aere meo milites aliquot ex Regno ducendi, siquidem id non tam meo quam totius Regni commodo cederet. Ad extremum obscurum Maiestati Vestrae non est, si stipendia danda sunt militibus, opus esse ad hoc pecunia ponderis pro usibus quotidianis vulgaris et apti, cuius magna nunc est in his terris penuria. Idcirco S. Regiam Vestram Maiestatem officiosissime oro, ut liceat mihi cum venia Maiestatis Vestrae de argento infecto ad me perferendo cum subditis Maiestatis Vestrae Poloniae Regni contrahere, ad monetam pro his terris inde cudendam. Quod cum Reipublicae necessitas postulet, eo me facilius a Maiestate Vestra obtenturum spero. Nec dubito S. Regiam Vestram Maiestatem rebus omnibus ita consulturam, ut si permittente ita Deo impugnandae[d] hae terrae essent, imparatas hostis [*f. 722*] illas non offendat, sed auxilio et defensione Maiestatis Vestrae reprimatur. Quantum in me erit, usque ad extremum vitae halitum nihil debiti et vasalli Principis officii desiderari in me patiar. Quod reliquum est, opto S. Regiam Vestram Maiestatem diutissime incolumem conservari. Datae Regiomonti.

Ex relatione Cancellarii[e].
A.M.

a) *in ms.* invisuros
b) *in margine.*
c) *in ms.* constat
d) *in ms.* impugnando
e) *in ms.* Cancellario
1) *Henricus.*
2) *Volfgangus Schutzbar.*
3) *Ferdinandus I.*

*N. 4078.*

*E Regio Monte, 23.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario, et, mutatis mutandis, vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*negotium, de quo ad regem scripsit, eis commendat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 722.*

*N. 4079.*

*E Regio Monte, 23.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"] et, mutatis mutandis, Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi,*
*rogat, ut de ducis Brunsvicensis conatibus regem admonere velint, ut omnia ad quamlibet necessitatem bene disponantur.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 723-724.*

Duci in Olika, mutatis mutandis Comiti a Tarnau, 23 Maii.
Petit, ut ad ea, quae de Ducis Brunsvicensis[1] exercitu scribit, S. Regiae Maiestati suasor sit, ut omnia recte disponantur.

Illustris, Princeps, Amice ac Frater singulariter nobis dilecte.

Illustritatem Vestram latere nolumus, literas nos heri sub vesperam ab Illustri Domino Ioanne Alberto Duce Megalburgensi accepisse, quibus Illustritas Sua nobis significat esse exercitum prope ditionem Suae Illustritatis, qui etsi non fateatur, cui domino aut duci pertineat, exploratum tamen Illustritatem eius habere, conductum esse illum ab Henrico Duce Brunsvicensi et Magistro Generali Teutonicorum[2], ipsorumque stipendiis militare, palam autem equitum ductores profiteri propediem se Pomeraniae et Prussiae terras invasuros esse. Itaque Illustritatem eius monere, ut rebus nostris invigilemus, ne hostis imparatos nos opprimat. Quae res facit, ut Maiestati Regiae, Domino et consobrino nostro clementissimo, indicanda haec esse duxerimus, ut Maiestas sua et Posnaniae et Gedani, siquidem ea via hostes ituros credibile est, rebus omnibus provideri iuberet. Cum autem malum illud (quod Deus tamen avertat) Illustritati Vestrae et inclito Magno Ducatui[a] Lithuaniae commune esset futurum, praetermittendum esse non putavimus, quin ad notitiam haec [*f. 724*] Illustritatis quoque Vestrae perscriberemus. Quam amice et fraterne rogatam habemus, sua ut authoritate iuvet promoveatque, ut S. Regia Maiestas provideri et curari omnia ita, ut consulimus et petimus, clementer iubeat. Ipsa etiam Illustritas Vestra, si impugnandae essent hae terrae, auxilio et consilio nobis adsit, sicuti facturam Illustritatem Vestram certo nobis persuademus. Nos vicissim amici Principis officia desiderari in nobis non sinemus. Quod superest, optamus Illustritatem Vestram rectissime valere. Datae Regiomonti.

Ex relatione Cancellarii
A.M.

a) *in ms.* Ducatu
1) *Henricus.*
2) *Volfgangus Schutzbar.*

*N. 4080.*

*S.l., 23.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*iterum pro matrona Bohemica [Gulielmi Skrzynecki, exsulis Bohemi, vidua] intercedit et rogat, ut causam eius regi in memoriam revocet et commendet.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 214v-215.*

*N. 4081.*

*E Regio Monte, 26.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro Valentino Backfart, musico regio Venetiis regresso, intercedit et petit, ut ei salarium augeat.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 724-725.*

Regi Poloniae, 26 Maii.
Petit, ut Valentino Backfart stipendium augeat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Cum paucos ante dies musicus S. Regiae Vestrae Maiestatis, Valentinus Backfart, Venetiis huc rediisset, commemoravit mihi sibi a multis, videlicet a Summo Pontifice[1] et aliis, ampla stipendia annuatim esse proposita, praecipue vero a Serenissimo Rege Franciae[2], qui non modo ipsum viventem, sed heredes etiam illius magnis beneficiis ornare promiserit, si se ministerio Maiestatis Suae addiceret. Quae omnia tamen ipse, ex albo servitorum Maiestatis Vestrae se subducere nolens, neglexit, verum ad Maiestatem Vestram, cui tam diu inserviisset, redeundum censuit. Inter cetera autem et illud mihi [*f. 725*] exponens parvum sibi a Maiestate Vestra dari salarium, namque singulis septimanis triginta tantum grossos eum accipere, unde sane uxorem et familiam ali posse rationis non esse. Idcirco cum tam amplas conditiones Maiestatis Vestrae causa sprevisset, petiit se Maiestati Vestrae per me commendari, ut de augendo illius salario clementiorem aliquanto se illi Maiestas Vestra exhiberet, ne propter stipendii ad sumptus domesticos insufficientiam aes alienum contrahere cogatur, aut veniente senecta, vulgari aulicorum fortuna, non tantum uxori et liberis post se relinqueret, quantum ad corporis sui sepulturam faceret.

Cuius precibus duplici nomine minime abnuere potui, et quod charum Maiestati Vestrae esse scio, et quod in arte sua excellens est. Peto itaque, ut Maiestas Vestra clementem illius rationem de stipendio nonnihil auctiore habere dignetur, cum illud ipsum arte sua, liberando interdum Maiestatis Vestrae animum curis et tristitia, demereri possit et, neglectis amplis conditionibus, sinceri in Maiestatem Vestram ministri constantiam declararit. Pluribus haec a Maiestate Vestra peterem, nisi et commendatum eum antea iam Maiestati Vestrae esse scirem, et facile haec impetraturum me

confiderem. Factura autem Maiestas Vestra rem mihi gratissimam, qua hunc servitorem quoque suum maxime sibi devinciet. Quod superest, opto S. Regiam Vestram Maiestatem diutissime incolumem vivere. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Iulius III.*
2) *Henricus II.*

*N. 4082.*

*S.l., 30.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*rogat, ut pro Valentino Backfart, musico regio, apud regem intercedet, quo tale stipendium obtineat, quali se et familiam suam alere possit.*
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 215-216.*

An Therla, den 30 May 54.

Wir wollen euch gantz gnediger wolmeinung nicht pergen, das diser tage gegenwertiger ko.mt. zu Polen, unsers g. hern und f. lieben oheimen, musicus und lautenist Valentinus Backfart bey uns alhie ankomen der meinung und willens, sich widerumb zu ko.mt. hochgemelt als ein diener zu begeben und einzustellen. Hirneben aber hat er uns bericht, wie ime in den orthen, do er itzo gewesen, beim bapst[1] und andern, sonderlich bey ko.w. zu Franckreich[2], die stadtliche[n] conditiones furgestanden, darob er und die seinen ein ehrlichen enthalt und raumes auskomen haben konnen. Welche er doch alle umb der ko.mt. zu Polan willen ausgeschlagen und sich vil lieber bey ir mt., als der er fur andern [*f. 215v*] zu dienen sonderlich geneigt, wider einstellen und in seinem angefangenen und bisher geleisteten dinste verharren wollen, der gewissen zuversicht, die ko.mt. ine auch mit ko. gnaden meinen und also versehen werden, darob er irer ko.mt. gnade wircklich zu spuren. Dieweil dan ehr gleichwol weib und kindt hat, auch teglich nach Gottes willen und segen mer kinder zu gewarten hat, zudem auch gesinde und anders halten und denselben notturftigen enthalt schaffen muss, so berichtet er uns, das er von der ko.mt. ein geringe besoldung als die woche nurt 30 g. habe, mit der ehr dan, wie ir auch selbst zu erachten, nicht zukomen oder sein hauss und hoff, weib, kinde und gesinde aufhalten konne. Nun ist er jhe ein solcher kunstner, der seiner kunst halben billich zu loben, hoch zu halten und fur eim andern desto stadtlicher zu besolden. Demnach hat er uns, ine an die ko.mt. und euch, als der in bisher treulich gefordert, auch nach an euer hohen beforderung nicht zweifelt, zu verschreiben, gebeten. Welchs wir ime in ansehung, das es billich und wir ime mit allen gnaden zugethan, nicht weigern konnen.

Ist derwegen an eur person unser gantz gnediges sinnen, ir wollet unser und seiner zuversicht nach euch ine in gunsten bevolhen sein lassen [*f. 216*] und bey der ko.mt. mit dem treulichsten sollicitiren, anhalten und befurdern helfen, das dem guten manne ein solche besoldung geschaffet und gegeben werde, damit er sich und die seinen zu erhalten und inen auch etwas lassen, und nicht also dinen moge, wie wol etlichen guten kunstnern

und leuthen eher widerfaren, die dergestalt gedienet, das sie aufs alter kommer leiden mussen und kaum sovil gehabt, das wan sie gestorben, man sie zu grabe bringen hette konnen. Wir zweifeln aber nicht, ir umb unser furbith willen disem guten manne die furdernuss erzeigen werden, das ime der underhalt geschaft, darob er sich sovil stadtlicher zu behelfen, und er der andern ime ahn etlichen orthen, sonderlich von ko.mt. zu Franckreych vorgeschalagenen conditiones sovil besser vergessen möge. Welchs conditiones, wie er uns bericht, ir auch von ime selbst zu vernehmen haben werdet, bey der ko.mt. zu Franckreich dannest also gewest, darob er zu seim leben und bey seinem dinst nicht allein stadtlich versorgt, sonder auch seinen erben ein stadtliches nach verheischen und zugesagt, abermals begerende, ir wollet euch in bevolhen sein lassen und also befurdern, das er zu spuren, unser furschrift bey euch angesehen sey. Das etc.

Commissio Principis propria
Idem audivit
H. Stend[rich]

1) *Iulius III.*
2) *Henricus II.*

*N. 4083.*

*E Regio Monte, 31.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*nuntiat de conatu ducis Brunsvicensis Regnum Poloniae et terras illi incorporatas invadendi et regem ad vigilantiam hortatur.*

*(Schedula: queritur de subditis quibusdam regiis, qui in terra Coadiuten novos limites et scopulos ponere ausi sunt, et rogat, ut eos rex ab huiusmodi inceptis cohibeat).*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 726-729.*

Regi Poloniae, ultima Maii.
Scribit in dies ea confirmari literis consanguineorum Principum, quae de Prussiae terris invadendis a militibus Brunsvicensibus iactatur.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Etsi molestior forte S. Regiae Vestrae Maiestati videri possem, quod una et eadem de re toties literis illam meis interpello, tamen cum mecum reputo fidem, qua Maiestati Vestrae et inclyto Poloniae Regno obligatus sum, praetermittendum mihi esse non putavi, quin id, quoad officii mei est, sedulo observem. Scripsi non ita pridem Maiestati Vestrae, quid de exercitu Ducis Brunsvicensis[1] ab Illustri Domino Megalburgensi[2] ad me perlatum sit. Ea admonitio hesterna die per tabellionem quendam meum iterum ex Germania ad me perfertur. Monent et sedulo hortantur me plerique Principes, mihi sanguine et affinitate iuncti, ut rationes meas diligenter observem. Esse enim non levem aliquem rumorem, sed constantem famam, quod Dux Brunsvicensis Regnum Poloniae et terras illi incorporatas invadere conetur. Huic et illud accedit, quod nonnulli, qui ex parte sunt Ducis illius, per hunc meum internuntium mihi clam et pro veteri sua in

me observantia significarunt, constitutum esse omnino Duci Brunsvicensi, vulgarem etiam in castris esse sermonem, fore illum propediem hospitem Regni Poloniae. Itaque se suadere et monere sedulo, ut de praesidiis et apparatu in omnem eventum in tempore constituendo Maiestas Vestra egoque una invigilem, ne repentino quodam et [*f. 727*] improviso impetu periclitari has terras oporteat.

Quae res facit, ut praetermittere non potuerim, quin talia Maiestati Vestrae significarem. Quam et officiose et diligenter oro, ne illa vilipendat, vel colore aliquo ab aliis fucum literis induci patiatur, verum id clementer det operam, ut rationes Maiestatis Vestrae ita sint constitutae, ut hostis, quocumque id fieri modo possit, antequam fines Regni attingat, reprimatur. Actum enim erit, si eo usque, ubi explorata iam habet omnia, ponere castra perrexerit. Et prudentis est in tempore consilium capere, ne ex parva scintilla, leviter curata aut neglecta, magnum posthac incendium subsequatur. Nec tanti momenti sunt sumptus faciendi, quandoquidem etiam in vilioribus non raro frustra impenduntur, nedum in his, quae salutem et communem Reipublicae tranquillitatem respiciunt. Quicquid sane in me est, faciam, ne partes fidelis et sanguine iuncti Principis neglexisse videar. Atque haec S. Regiae Maiestati Vestrae significanda esse duxi, cui me meaque omnia terrasque hasce quam officiosissime commendo, eamque diu felicem et incolumem esse exopto. Datae Regiomonti.

A.M.

[f. 278] Cedula in literis ad Regem Poloniae,
ultima Maii.

Petit iis, qui novos scopulos in terra Coadiuten posuerunt, mandari, ut ab incepto desistant.

In harum obsignatione significavit mihi praefectus meus Tilsensis quosdam Maiestatis Vestrae subditos, quorum alter Falschofski, gener Ioannis Koppen, alter Rodofski cognominatus, in districtu Coadiuten limites et scopulos novos in Ducatum usque meum posuisse, eoque esse animo, ut inde longius in praefecturam meam Ragnetensem et Mimelensem progredi conentur. Idque non alio ab illis proposito, ut quivis sanus facile intelligit, fieri, quam ut publicam tranquillitatem turbent, ut taceam illa, quae quivis fere ex subditis Maiestatis Vestrae in eos homines exactionibus et depraedationibus pro lubito exercet. Itaque rei indignitate motus praefectus meus Tilsensis, scopulos illos, in Ducatum meum me inscio ex mera malevolentia positos, solo aequavit. Quoniam vero illi ipsi limitatores minantur se, ut coeperunt, progressuros esse, rogatam S. Regiam Maiestatem [Vestram] habeo, ut id inhibeat, ne cum haec inscia Maiestate Vestra fieri constet, ea ratione magni alicuius mali in finibus loci illius ansa detur, cuius restinguendi labor posthac difficilior esset, praesertim cum Maiestati Vestrae obscurum non sit, medietatem districtus illius Coadiuten a Maiestatis Vestrae et meis commissariis Ducatui iam Prussiae adiudicatam, alteram vero medietatem ad Maiestatis Vestrae et meam cognitionem reiectam esse. De qua reliquisque illi adhaerentibus [*f. 729*] particulis clementissimas Maiestas Vestra pollicitationes et spem mihi liberalem fecit.

Itaque etiam atque etiam oro, ut severius aliquanto illis, qui tantum audaciae sibi non requisita Maiestate Vestra sumunt, mandare dignetur, ut sibi ab exactionibus ponendisque scopulis temperent, penitusque ab incepto desistant, donec de his et aliis limitum controversiis inter Maiesta-

tem Vestram meque, aut utriusque nostrum commissarios, conventum fuerit, atque in eos ipsos pacis turbatores debite, aliis exemplo, animadvertat. Factura Maiestas Vestra rem se dignam et vicinitati subditorum salutarem, mihi vero gratam. Datum ut in literis.

A.M.

1) *Henricus.*
2) *Ioannes Albertus.*

*N. 4084.*

*S.l., 31.V.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*de ducis Brunsvicensis gestis et conatibus, de periculo Regno Poloniae inde impendente et de sua erga regem fide; de Ioanne Hoppe et aliis terrae Coadiuten limitatoribus; de Benedicto Pon, subdito suo, a Ioanne Hofman, alio subdito suo, defraudato etc.*

*Autogr. Sigill.*

*Cfr. El. XLIII, N. 156.*

*HBA, B, K. 1176.*

Geliebter freund Derle.

Ich wolt euch gern fiel zeitung schreiben, so zweifel ich nicht, ir habt si alle von k.mt., unserm g.h., warumb ich euch eilen halber mit weiterm nicht bemuhen wil und genczlich hoffen, k.mt., unsser allerg.h., werde erwegen, was ubereilen thut, und in der zeit darzu thun, domit s.mt. auch nicht ubereilet. Den hie stathaftig gesaget, wy der von Praunsweig[1] k.w. aus Denmarck[2] ubereile und in Holstein bereit angrift gethon auch unferwarnter sache. So sich den das wetter also herumber zihen thut, zweifel ich nicht, k.mt. werden das darbey thun, domit nichts verseumet, und mit kuntschaft gefast machen etc. Was an mihr ist, sol s.k.mt. des sich zu mihr versehen, das an meiner trewheit nichts erwinden solle und das ich leib und gut bey s.mt. als der getrewe zuseczen wil.

Fur das ander clage ich euch, das mich meine ambtleut berichten, wie Hans Hoppen diner und andere Coadiuten, so im sequester unterstehen, zu messen und zu begreniczen mit schuttungen und groben und sich horen lassen, im Rangnetischen und Mymlischen auch vorzunemen, und das sis aus befelich k.mt. thun; das ich keines weges glauben kan und bitte gancz hochlich, wollet sambt allen denen, so ir zu disem wisset, das si mihr gern dinen, bey k.mt. vordern helfen, das es abgeschaffet und wider eingezogen werde, und mihr doch einmol zu friden geholfen und mutwilligen leuten gestewret.

[*p. 2*] Fur das tritte ist ein mutwilliger pub, meiner purger einer, hie mit nomen Hans Hofman, der mit einem andern, auch meiner purger einem, ein handel etzlichs geldes hat. Der do heist Benedic Pon, der hat Hans Hofman etzlich gelt als seinem fatter vertrawet, des im, Ponen, hernach Hofman sein briff und sigel geben, das ers dem Ponen schuldich, doch

kein termyn gehalten und briff und sigel fast leugnen thut. Solchem handel abzuhelfen, hab ich manicher fleis furgewendet. Hofman aber durch sein ratgeber alwegen abweg gesucht; leczlich mich betlich angefallen, das ich Ponen und in in ein compromis leiten solte, das ein ieder auf trey gute leut volmechtig stellen solte, dy es volmechtig zu entschiden hetten. Darauf ich mihrs gefallen lassen, doch ich wolt meiner rete keinen darbey haben noch wissen, hab mit Ponen handeln lassen, der es auch bewilliget alswol als Hofman. Wy aber Hofman aus meinem abschid verstanden, das ich meiner rete keinen zu solchem compromissario haben wolte, hat er kurczum doctorem Ionam haben wollen, das im von mihr lauts dem abschid abgeschlagen aus bewegklichen ursachen und befolen, ein andern ans Ione stat zu ordnen. Das er bis anher sich gewegert und fyl mutwillens furgeben thut, das purgerrecht aufzuschreiben, und weil er ein Danczker, kunt an k.mt. sich zulegen. Nun hoffe ich ie pillich, das k.mt. solchen mutwillen einem solchen mutwilligen menschen wider mich gestaten fyl weniger, das mich ein solcher [*p. 3*] verachten und in dem, das er bey mihr erbeten, allererst mich zu einem unman machen solle, als das ich solche unterhandlung mich aus seiner, des Hofmans, bitten gethon solt haben, aber ein anders vorhaben, das solche sache nicht vertragen wurde. Ist hirumb an euch mein bitte, ob solcher man an ku. hoff practiciren wolte, ir wolt durch bede hern canczler[3], mit denen ir aus meinem befelich auch handeln wollet, das im kein glauben geben und von k.mt. abgewisen werde und befolen, das er dem compromiss volge thu, so wil ich den fleis noch furwenden, das dur[ch] alle pilligkeit und recht dy sach vertragen moge werden, abermols gancz hochlich bittendt, k.mt. wolle aber mihr mehr halten und mich ir mehr befolen sein lassen als einen solchen man, der sich verfuren lest. Aber und abermols bittendt, ir wollet meine guten freundt, dy beden hern canczler, sovern ire h. pede do sein, dis mit fleis handeln und ire h. bitten, weil si sich freuntlich alwegen kegen mihr erbiten, das si sich auch in disem fal meine freunt sehen wollen lassen. Das verdine ich umb k.mt. und euch alle.

Beschlislich wisset yr, in was handlung ich mit euch durch Bohibel gestanden, und am jungsten auch Bohibel schriftlich befolen, mit euch ernstlich zu handeln, das ichs dise zeit bekumen mochte. So den sich itzundt [*p. 4*] dy leufte dermassen anlassen, so bitte ich aufs hogste, ir wolt mich nicht lassen, den in noten erkent man dy freunde, und inwendig 14 dagen aufs lengste das selbige hieher vertragen, sol meinem erbiten auch nachkumen werden, und wils umb euch auch wider verdinen. Bitte, wolt alwegen kegen k.mt., meinen g. her und frawen, im besten gedencken und mich iren m[ten] befelen. Datis gancz eilicht den leczten May anno 1554.

Albrecht der elter etc.

*In dorso manu ducis Alberti:* Dem hern s.mt. hofmeister, meinem guten freundt, herrn Gabriel Dernlem[z] etc., zu eigen handen.

z) *sic in ms.*

1) *Henricus.*

2) *Christianus III.*

3) *Ioannes Ocieski, R.P. cancellarius, et Ioannes Przerembski, vicecancellarius.*

*N. 4085.*

*E Regio Monte, 1.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*iterum de ducis Brunsvicensis et ducis Bavariae moliminibus timores suos exprimit et regem ad vigilantiam hortatur.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 729-730.*

Regi Poloniae, I Iunii.
Scribit, etsi fama sit Ducem Brunsvicensem[1] exercitum suum in Holsatiam transtulisse, rebus tamen omnibus invigilandum esse, ne alio, quam fertur, arma moveantur[a].

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Cum nuntium meum ad S. Regiam Vestram Maiestatem ablegassem, significatum mihi est Ducem Brunsvicensem suum exercitum in Holsatiam transtulisse, terrasque illas iam invasisse, atque illum porro de occupando Daniae Regno cogitare, collegam [*f. 730*] autem belli habere Bavariae Ducem[2]. De quibus omnibus etsi non omnino constans est fama, volui tamen illa Maiestati Vestrae ita, ut perlata ad me sunt, communicare, quamquam de his etiam Magnificum Dominum Palatinum Marienburgensem[3] Maiestati Vestrae perscripsisse existimo. Utut autem haec se habent, nihilominus tamen vigilantia opus est. Memini enim antea quoque ea consilia agitata fuisse.

Itaque S. Regia Vestra Maiestas, non curato eo rumore, rebus suis tam in Regno Poloniae, quam Prussiae terris, diligenter provideat, suadeo petoque, praecipue cum certo sciam Magistrum Ordinis Teutonicorum[4] confoederatum esse dicto Duci, ne, ut nunc sunt homines, alio, quam fertur, bellica calliditate arma moveantur atque ita improvidos obruant. Prudenter autem Maiestas Vestra eiusmodi consiliis occurret, si in quemcunque eventum diligenter observari et curari omnia iusserit. Quod reliquum est, commendo Maiestatem Vestram protectioni divinae. Quam in multa tempora incolumem valere exopto. Datae Regio Monte.

A.M.

a) *in ms.* moveatur
1) *Henricus.*
2) *Albertus V.*
3) *Achatius Czema.*
4) *Volfgangus Schutzbar.*

*N. 4086.*

*E Regio Monte, 2.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Alexandro Iłowski, castellano Zakroczymensi,*
*se officialibus suis mandasse nuntiat, ut fugitivos eius subditos, in Ducatu suo latitantes, ei restitueret; significat se aegre ferre id hactenus factum non esse et sperat futurum, ut eius rei culpa in se non coniiciatur.*
*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1440.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 730-731.*

*N. 4087.*

*E Regio Monte, 4.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Isabellae reginae Hungariae*
*pro litteris gratias agit et addit in negotio matrimoniali sororum eius nihil se hactenus intermisisse, nec in posterum intermissurum esse.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 732-733.*

Reginae Isabellae, 4 Iunii.
Agit gratias, quod literis se invisat, et scribit nihil studii praetermittere se de elocandis sororibus.

Serenissima Regina, Domina et Consobrina nostra Charissima.

Quandoquidem minime nos latet, quo in nos S. Reginalis Vestra Maiestas animo feratur, fit, ut nihil nobis iucundius sit, quam eiusdem memoriam crebro recolere. Ac sane S. Reginalis Vestrae Maiestatis literae magno sunt argumento illius in nos benevolentiae, quas ut absentes nomine Maiestatis Vestrae corpore amplectimur, ita animi nostri amplexu ipsam Maiestatem Vestram Reginalem tacite veneramur et colimus, et quod gestibus coram non datur, candido et sincero tamen pectore affectibus nostris honorifice praestamus. Eundem ipsum animum Serenissimi quoque Maiestatis Vestrae filii[1] in nos ita, ut debemus, agnoscimus et grato pectore prosequimur, non intermissuri, quin si qua se occasio obtulerit, animi in Serenitatem illius nostri argumenta simus quam officiosissime ac amice edituri.

Quod vero S. Reginalis Vestra Maiestas a nobis petit, ut de contrahendo Serenissimarum Maiestatis Vestrae sororum matrimonio solliciti simus, sciat Maiestas Vestra nihil nos hactenus amici et necessarii Principis officii praetermisisse, ut qui multorum in Germania Principum animos tecte tentaverimus. Accidit autem interdum, ut cum se occasio commoda semel offert, illam vel negligimus, vel colore aliquo repudiamus. Quae posthac [*f. 733*] sero iterum se arripiendam praebet. Tamen pro ea necessitudine, quae nobis cum inclita Regum Poloniae familia intercedit, intermissuri non sumus, quin, ut prius fecimus, porro etiam commodis et emolumento sororum Serenissimae Vestrae Maiestatis fideliter consulamus, quibus non minus ac nobis ipsis optime volumus, imo ipsarum incrementis iuvandis nostras etiam fortunas, quoad possumus, postponere non detrectamus. Longiore haec amplificatione Serenitati Vestrae explicare vellemus, sed benevolus noster ad ea animus antea Serenitati Vestrae perspectus est, de quo sibi Serenitas Vestra una cum Serenissimo filio suo non nisi amicissima et quaevis necessarii Principis officia polliceatur. Eundemque filium suum Serenissimum nostro nomine officiosissime et amice salutet, nostra Serenitati illius studia, quae cum Serenitate quoque Vestra coniuncta esse cupimus, offerat et quam amanter deferat, ac ad extremum nos cum tota familia nostra sibi commendatissimos esse velit. Quas Serenitates Vestras diu sospites et incolumes valere optamus. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Ioannes Sigismundus.*

*N. 4088.*

*E Regio Monte, 9.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*pro opera in promovendis negotiis suis adhibita gratias agit hortaturque eum, ut et porro id facere pergat.*
*(Schedula: de negotio viduae Gulielmi Skrzynecki, exulis Bohemi).*
*Cfr. El. XL, N. 1442.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 733-735.*

Vicecancellario, IX Iunii.
Agit gratias, quod negotia, de quibus ad Regem scripsit, commendata habet. Petit, ut porro etiam sic pergat.

Reverende ac Generose, Amice singulariter dilecte.
Quandoquidem Generositas Vestra adeo se benevolam et sedulam in expediundis [*f. 734*] negotiis nostris exhibet, merito illi non quidem eas, quas debemus, sed quas possumus agimus gratias, ut nullam sane occasionem praetermissuri simus, quin, sicubi se illa obtulerit, nostram erga Generositatem Vestram gratitudinem re aliquando ipsa simus declaraturi. Amice autem Reverendam Generositatem Vestram rogatam habemus, sua porro opera urgeat, ea, qua coepit S. Regia Maiestas sollicitudine, copiarum illarum, de quibus scripsimus, curam diligentem habeat et petitionibus etiam nostris in aliis negotiis, Reverendae Generositati Vestrae non ignotis, locum benigne et clementer dare dignetur, non curatis iis, quae calliditate nonnunquam bellica securos reddere plerosque solent. Prudentis namque est etiam pacis tempore ea, quae in repentinum hostis alicuius impetum reprimendum pertinent, in promptu et parata habere. Itaque curae haec et diligentiae Reverendae Generositatis Vestrae iterum atque iterum committimus. Factura enim est rem Reipublicae valde utilem, nobis vero gratam. Datae Regiomonti, ut supra.

A.M.

Cedula
Scribit, quomodo se habeat negotium matronae Bohemicae[1].

Negotium matronae Bohemicae, cuius statum Reverenda Generositas Vestra scire cupivit, sic se habet. In proximis S. Regiae Maiestatis nuptiarum solemnibus intercessit Maiestas Sua cum Serenissima nova coniuge[2] ac Serenissima etiam matre Suae Maiestatis[3] apud Archiducem Austriae[4]. Quibus nos quoque preces nostras adiunximus, efficeret eius Illustritas apud Serenissimum parentem suum, Romanorum Regem, ut Maiestas Sua, miserta diuturnae illius matronae calamitatis, illam ad suum redire concederet atque maritum ipsius, Gulielmum Srzinetzki, in gratiam reciperet. Aut si id fieri non posset, marito saltem purgandi sui [*f. 735*] facultatem faceret, idque sub literis salvi conductus Serenissimae Maiestatis Suae. Ad quas tum preces Illustrissimus Archidux operam suam et diligentiam apud Serenissimum parentem interpositurum, ipsa vero S. Regia Maiestas Poloniae per legatum haec aut proprium aliquem nuntium apud Serenissimum Romanorum Regem petiturum promisit. Ex eo tempore quidnam actum sit, ad nos nihil perlatum est. Idcirco Reverendam Generositatem Vestram

rogatam habemus, ut, summa eius negotii nunc intellecta, iuvare illud non intermittat, aut si quid confectum in eo iam est, exquirat nobisque id significet. Factura nobis gratum, exulibus autem ipsis quovis officiorum genere demerendum. Datum ut in literis.

A.M.

1) *uxor Gulielmi Skrzynecki, exsulis Bohemi.*
2) *Catharina.*
3) *Bona.*
4) *Ferdinandus, filius Ferdinandi I.*

*N. 4089.*

*E Regio Monte, 10.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro clementi promissione regia in negotiis Lithuanicis sui rationem habendi gratias agit; de exercitu ducis Brunsvicensis et eius conatibus regem iterum certiorem reddit.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 736-738.*

Regi Poloniae, X Maii.
Gratias agit, quod clementem se Regem in negotio Lithuanico polliceatur, additque, quid de Ducis Brunsvicensis[1] copiis porro cognitum habeat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Binas intra hosce dies a S. Regia Vestra Maiestate literas accepi. Quarum prioribus, quod se clementem in negotiis Lithuanicis rationem mei habituram [*f. 737*] pollicetur, reverentes atque eas, quas debeo, Maiestati Vestrae gratias ago. Ac illam ipsam Maiestatis Vestrae benignam voluntatis in me suae propensionem liberali illa spe, quam aliquoties et nunc etiam promisit, officiosissime expectabo.

Quod vero in alteris, aeque ac in prioribus quoque literis, vigilantiam meam qualemcumque de consiliis hostium investigandis gratam habet, simulque Maiestas Vestra mihi iniungit, ut quid porro de exercitu Ducis Brunsvicensis comperero, id Maiestati Vestrae significem, tum quod in reprimendis hostium conatibus adeo clementem et benevolam se offert, facit illud pro singulari suo in me terrasque hasce suas amore et sollicitudine, ut quarum emolumentum et salutem ad se spectare et sibi propriam esse prudenter intelligit. Etsi autem praeter ea, quae proxime ad S. Regiam Vestram Maiestatem de exercitus illius consiliis perscripsi, nihil novi, quantum ad substantialia, ad me perlatum est, tamen et illud Maiestati Vestrae communicandum esse putavi, quod pridie, quam haec ad Maiestatem Vestram scriberem, significatum mihi est.

Esse adhuc copias illas circa Albim in eo loco, ubi castra primum metati sunt. In ipsis vero castris diversum spargi rumorem. Esse enim qui dicant, destinatum esse exercitum illum ad oppugnandam Holsatiam et Daniam. Alios de invadendo Regno Poloniae terrisque illi subiectis dicere. Ferri etiam a nonnullis, [*f. 738*] subordinatum esse eum auxilio Imperatoriae Maiestati contra Regem Gallorum. Belli autem dominos haberi Sere-

nissimum Romanorum Regem[2], Ducem Brunsvicensem, Palatinum Reni[3] seu Bavariae Ducem[4], et illorum omnium collegam, Magistrum generalem Ordinis Teutonicorum[5], cuius consiliarii in ipsis etiam castris degant.

Quoniam vero sciri adhuc non potest, in quemnam locum primum arma moturi sint, tamen cum omnium una est conditio, ut in quamcumque partem recidat, Martis illam aleam prius experiri oporteat, praestat in quemcumque eventum vigilantem esse, quam rumoris diversitate nimis securum animum sibi sumere. Itaque S. Regia Vestra Maiestas nihil de ea, quam concepit, sollicitudine et cura studii et diligentiae praetermittat, sed prudenter huius saeculi consilia et raram fidelitatis constantiam secum perpendat. Ego itidem ea, qua consuevi quaque debeo fide, et sincere et candide officium meum faciam et, quoad vixero, nihil eorum desiderari in me patiar, quae in necessario et subdito Principe requiruntur. Nec praetermittam, si quid porro ab iis, quos in ipsis castris habeo, denuntiatum mihi de conatibus illarum copiarum fuerit, quin illud primo quoque tempore Maiestati Vestrae communicaturus sim. Quod superest, me meaque omnia S. Regiae Vestrae Maiestati deditissime commendo. Quam et rectissime et feliciter valere exopto. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Henricus.*
2) *Ferdinandus I.*
3) *Fridericus II.*
4) *Albertus V.*
5) *Volfgangus Schutzbar.*

*N. 4090.*

*E Regio Monte, 12.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*nuntiat de exercitus ducis Brunsvicensis in Ducatu Megapolensi recentioribus motibus et de eiusdem ducis consilio per Pomeraniam in Prussiam proficiscendi, et regem ad expeditionem bellicam parandam exhortatur.*

*(Schedula: rogat, ut ad monetam minorem pro militum stipendiis cudendam argentum infectum in Regno Poloniae sibi emere liceat).*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 739-742.*

Regi Poloniae, XII Iunii.
Scribit exercitum Ducis Brunsvicensis[1] in Ducatu Megapolensi duo iam castra occupasse. Et cogitare illum inde recta per Pomeraniam in Prussiam [ire]. Hortatur itaque Regem ad expeditionem parandam.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quandoquidem S. Regia Vestra Maiestas proximis suis literis postulavit, ut si quid porro de exercitu Ducis Brunsvicensis explorati acciperem, Maiestati illud Vestrae communicarem, inde adeo atque pro debita [*f. 740*] mea fide celandam Maiestatem Vestram non duxi, hac hora me literas ab illis, quos non procul a castris habeo, accepisse. In quibus mihi significatur Ducem Brunsvicensem cum urbibus, penes quas castra erat metatus, transegisse, transactionis autem esse summam pecuniariam viginti quinque millium florenorum. Nunc vero exercitum illum, in Ducatum Megalburgensem traductum, duo iam castra ibidem occupasse, tertium obsideri adhuc. Ferri enim in castris sermonem, etsi Dux Brunsvicensis cum Domino Duce Megalburgensi[2] transigant, constitutum tamen esse, ut copiae illae in Pomeraniam et porro in has Prussiae terras transferantur.

Certissimum autem haberi illud, quod Magister Ordinis Teutonicorum[3] praesens adsit illi exercitui, et tecto illum Ordinis nomine vulgo appellari in castris Dominum de Tullingen. Haec cum certa et indubitata sint, rogatam habeo S. Regiam Vestram Maiestatem, ut nunc tandem ordinibus Regni Poloniae aliisque Maiestatis Vestrae subditis expeditionem imperet. Cumque hostis per Pomeraniam terras hasce omnino, sicut ad me perfertur, aggredi constituerit, prudenter factura est Maiestas Vestra, si Duces Pomeraniae per literas quam citissime commonefecerit[a], ne hosti transitum in has terras per ditionem suam concedant, idque sub feudi sui, quod ab Regno Poloniae habent, amissione. Nam si secus fecerint, coactam iri Maiestatem Vestram ad reprimendum hostem praesidia in terras Illustritatum illarum mittere, atque eiusmodi quidem, qui, quocumque belli stratagemate poterint, hosti aditum in has terras praecludant. Et tales fortassis necessitate suadente futuros, qui eam repressionem non sine detrimento terrarum Illustritatum Suarum, prout expedire videbitur, suscepturi sint. [*f. 741*] Itaque monere S. Regiam Vestram Maiestatem, ut pro ea coniunctione, qua Maiestati Vestrae obligati sunt, totis viribus hosti obviam eant, auxilia autem Maiestatem Vestram et sua illis ad hoc missuram. Atque in hoc cupere Maiestatem Vestram, ut quid se facturos recipiant, clare ac perspicue edant.

Praeterea cum certo ad me perferatur copias illas stipendia non tantum Ducis Brunsvicensis merere, sed supremum illos belli dominum agnoscere Serenissimum Romanorum Regem[4], fecerit Maiestas Vestra ex re sua, ut non curata legatione illa, quam proxime ad Serenissimum Romanorum Regem se destinasse scribit, denuo apud Maiestatem eius ea de re sollicitet petatque, ut interposita authoritate sua conatus illos bellicos, ne quid contra terras Maiestatis Vestrae suscipiatur, amoveat. Ipsa autem Maiestas Vestra, consiliis nunc tandem illius exercitus undequaque bene exploratis, id det operam, ut defendendis hisce terris intenta sit, suisque iniungat, ut ad reprimendos hostes se accingant, et quae pertinentia ad hoc sunt, parata habeant. Quod uti facturam esse Maiestatem Vestram pro terrarum salute minime dubium mihi est, ita quicquid mearum est virium, totum id pro Maiestate Vestra terrisque hisce impendam.

Haec habui, quae citis itineribus ad Maiestatem Vestram scribenda esse duxi, atque me terrasque hasce in primis protectioni divinae, deinde tutelae et defensioni Maiestatis [Vestrae] deditissime commendo. Quam feliciter valere exopto. Datae Regiomonti.

[*f. 742*] Cedula

Quandoquidem rebus sic stantibus operae pretium videtur, ut de cudenda moneta minori pro militum stipendiis cogitetur, rogatam S. Regiam Vestram Maiestatem habeo, ut nunc tandem liberam mihi faciat emptionem in Regno suo argenti infecti, unde moneta cudi possit. Deficiente enim illa, facile intelligit Maiestas Vestra milites conduci aut stipendia illis recte numerari non posse. Concedat etiam Maiestas Vestra oro, ut liceat mihi commodo ipsius Maiestatis Vestrae ductores aliquot equitum ex Regno Maiestatis Vestrae ad me vocare, quorum opera ad reprimendum hostem uti possim. Factura Maiestas Vestra in his rem apprime necessariam. Datum ut in literis.

A.M.

a) *in ms.* commofecerit
1) *Henricus.*
2) *Ioannes Albertus.*
3) *Volfgangus Schutzbar.*
4) *Ferdinandus I.*

*N. 4091.*

*S.l., 13.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*permittit, ut Tarło aliquot equos suos* ("etliche ross und wallachen") *Ragnetam mittat, et nuntiat se capitaneo suo Ragnetensi mandasse, ut eis pabulum necessarium daret.*
*(Germanice)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 212.*

*N. 4092.*

*E Regio Monte, 15.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"]*
*pro studio in negotiis suis promovendis adhibito gratias agit et operam suam vicissim promittit; de regis in defendendis terris suis sollicitudine gaudet et addit in se nihil diligentiae et eorum,* "quae in vasallo Principe requiruntur", *desideratum iri.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 742-743.*

Duci in Olika, XV Iunii.
Agit gratias pro studio oblato et petit praesens belli negotium apud S. Regiam Maiestatem iuvari.

Illustris Princeps, Amice et Frater singulariter nobis dilecte.

Quo in nos Illustritas Vestra animo feratur et quam diligenter negotia nostra curae habeat, antea id nobis perspectum est. Quae omnia cum et nuntius S. Regiae Maiestatis quam honorifice nomine Illustritatis Vestrae nobis detulisset, literasque sui in nos amoris plenas addidisset, indignum esset, si non omni vicissim propensione tantum tamque sincerum animi Illustritatis in nos Vestrae affectum prosequeremur. Quemadmodum autem ea omnia ab Illustritate Vestra adeo magnifice ad nos profecta [*f. 743*] summa atque fraterna gratiarum actione amplectimur, ita vicissim Illustritas Vestra sibi de nobis aliud nihil, quam quod ab amicissimo Principe, persuadeat, cupimus, ut qui, quoad rationes nostrae patiuntur, honori, dignitati fortunisque Illustritatis Vestrae non nisi candide et perquam optime velimus, sicuti ex ipso S. Regiae Maiestatis nuntio Illustritas Vestra latius intelliget.

Quod vero Maiestas Regia, pro sua in has terras protectione, de defendendis illis sollicita est, facit illud et pro arcta, quae eius Maiestati cum nobis intercedit, necessitudine, et debito in terras hasce Maiestatis Suae amore. Quantum in nobis est, nihil curae et diligentiae, seu eorum, quae in vasallo Principe requiruntur, desiderari in nobis sinemus. Quod superest, cupimus Illustritatem Vestram rectissime valere. Quam et amice et fraterne quoque rogamus, ut – sicut coepit – nos nostraque sibi commendata habeat et in praesentibus etiam negotiis operam suam apud S. Regiam Maiestatem porro nobis terrisque hisce commodet. Quod nos vetere nostro in Illustritatem Vestram studio demereri non intermittemus. Datae Regiomonti.

A.M.

*N. 4093.*

*E Regio Monte, 15.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski] et, mutatis mutandis, duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"]*
*rogat, ut negotium ducis Megapolensis regi ita commendet, ut illi pecuniaria mutui datione subvenire velit.*

*Cfr. El. XL, N. 1448.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 743-744.*

Vicecancellario, mutatis mutandis Duci in Olika, XV Iunii.
Petit postulata Ducis Megapolensis iuvari.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Cum nuntium hunc nostrum ad S. Regiam [*f. 744*] Maiestatem ablegassemus, iniunximus illi, ut Reverandam Dominationem Vestram nomine nostro amanter salutaret peteretque ab illa, ut negotium Illustris Domini Ioannis Alberti Ducis Megalburgensis apud S. Regiam Maiestatem ita iuvet ac si res nostra ageretur. Namque ita nunc Illustritatis illius rationes constitutae sunt, ut nisi ei per S. Regiam Maiestatem pecuniaria hac mutui datione subveniatur, non tantum Illustritatis illius, sed et Maiestatis Regiae nostrasque terras periclitari necesse est, siquidem eius Illustritatis provincia propugnaculum adhuc est aliarum regionum, quibus hostis inhiat. Qua occupata, leviori tandem compendio exercitus in has mitti terras poterit. Itaque Reverenda Dominatio Vestra negotium hoc Maiestati Regiae studio quo potest maximo exaggeret, ut quam Illustritas eius spem in S. Regiam Maiestatem tamquam sacram, quod dici solet, anchoram collocat, nostra commendatione et Reverendae Dominationis Vestrae opera illa ne excidat. Factura Reverenda Dominatio Vestra rem nobis valde gratam, imo communi patriae suae hisce terris salutarem. Optamus tandem Magnificentiam Vestram rectissime valere. Datae Regiomonti.

A.M.

*N. 4094.*

*S.l., 15.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*rogat, ut negotium Ioannis Alberti ducis Megapolensis apud regem ita promoveat, quo ei rex 20000 florenorum mutuo dare velit.*

*Cfr. El. XLIII, N. 159.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 216v-217.*

An her Terlen, den 15 Juny 54.

Wir wollen euch gantz gnediger meinung nicht pergen, das wir auf ansuchen und bitten des cum tittulo Johan Albrechten, hertzogen zu Meckelburgk etc., an die ko.mt. zu Polan etc. gegenwertigen unsern cemerer und lieben getreuen Fabian von Lehendorff abgefertigt und demselben bey

hochgenanter ko.mt. umb ein gnediges anlehen etzlichs geldes, nemlich 20000 fl. gemeltem unserm lieben oheimen und sohne von Meckelburgk zum besten, von unserntwegen zu sollicitiren auferlegt. Und wiewol ir eigentlich glauben muget, das wir die ko.mt. in solchen fellen gantz ungerne beschweren, in erwegung, das ir mt. mit dem irigen sonder zweifel wol in andere wege zu thun haben, wirs doch, weil s.l. also hochlich und embsigk darumb bitten thut, keineswegs umbgehn konnen. Wollen auch darauf an euer person gantz gnedigist gesonnen haben, ir bey s.ko.mt. mit allem wolmeinenden fleise befurdern, darob und daran sein wollet, uf das s.mt. sich gegen dem von Meckelburgk hirin den gnedigisten konig herzen- und freundtwilferigk erweisen und unser bith nicht ver- [*f. 217*] geblich abgehn wolle lassen, in sonderer betrachtung, das nicht allein unsers oheimen und sohnes von Meckelburgk, als itziger zeit betruckten furstens, hohiste notturft solches erfordert, sonder auch wo s.l. mit disem anlehen, wie wir hoffen, wilfaret, versehen wir uns, das s.l. sich iren widerwertigen, fur welchen auch itzo dise landt allerhandt zeytungen und kuntschaften nach in fahr stehn mussen, mit Gottes hulf erwehren und solche zurucktreiben. Do aber nicht, unser oheim und son trostlos gelassen und inen ir unbillich furhaben mit Meckelburgk, do Got fur sey, gerathen wurde, darnach weiter zu trachten nicht unterlassen, und inen, wo sie also nahendt komen, desto schwerer und sorglicher zu widerstehen sein wurde, wie ir dan solches alles von bemeltem unserm cemerer weitleuftiger zu vernehmen. Und seint demnach zu euch sovil mehrer zuversicht, ir werdet euch in disem handel umb unsernt willen und in betrachtung allerseits gelegenheit mit getreuer forderung wolmeinendt erweisen. Das wollen etc.

Commissio Principis per Cancellarium,
qui audivit.
G. Schul[thei]s

*N. 4095.*

*S.l., 22.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*rogat, ut vectes a rege desideratos nomine suo reverenter regi porrigat; nova aliquot ex Germania significat.*
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 229v-230v.*

An Gabriel Terla, den 22 Junii 54.

Wiewol wir der ko.mt., unserm g. hern etc., den vertrosten hebzeugk vorlengst gerne zugeschickt, so ist es doch an deme gewest, das wir immerst dar unsers zeugkmeisters[1] ankunft gewartet. Weil sich aber dieselbe in die lenge verzeucht, haben wir solchen zeugk lenger nicht aufhalten, sondern bey zeigern irer mt. zusenden wollen. Begeren demnach an euer person gnediglichen, ir wollet beneben unserer underthenigen dinsterbietung denselben zeugk der ko.mt. [*f. 230*] mit wunschung, das er irer mt. zu gefallen und angenehme sein möcht, von unsertwegen zu verehren unbeschwert sein. Wie ir dan dem allen zirliche mass und gestalt zu geben wissen werdet, des wollet uns auch bey irer mt. des itzigen nicht schreibens entschuldigen, dan wess wir von zeitung und anderm gehabt, des het-

ten wir irer mt. gesanten alles mitgeben. Zweifeln nicht, ire mt. von demselben nuhmer dessen bericht sein wurden.

Alleint das uns diser tage glaubwirdig zukommen, als soll das kriegsvolck, welchs in Meckelburg angriffen, nicht auf dise lande gemeint werden, anmerckende, das es zum theil der ro.ko.mt.[2] geschworen wer. So achteten wir, ire ro.ko.mt. wurden der verwantnus nach wider die Chron Polen oder dise lande nichts unfreuntlichs vornehmen oder vorzunehmen gestadten. Hoffen demnach, es solt wenig noth haben, doch wie itziger welt geschwindigkeit nach darauf nicht sicher zu sein, so wollen wir auch an kundtschaften und sonsten unsers theils, wie bisher geschehen, nichts erwinden lassen. [*f. 230v*] Hirneben wolten wir irer mt. nicht pergen, das der von Plauen todt sey. Auch sagte man, das der konig aus Frangkreich[3] sich nachm Deutschlandt begebe. Wehre aber ungewisse zeitung, und wurde, wess an dem, die zeit geben.

Es gehen auch alhie die rede, als soll der Turcke[4] der ro.ko.mt. aufs neu eingefallen sein und irer mt. den fridt aufgeschriben haben. Do euch von dem oder dergleichen etwas bewust, begeren wir mit gnaden, ir wollet uns desselben, sovil zimlich, theilhaftig zu machen, uns auch auf unser nechstes eigen handtschreiben zu beantworten, unbeschwert sein. In deme etc.

A. Monczer

1) *Andreas Hess.*
2) *Ferdinandus I.*
3) *Henricus II.*
4) *Solimanus II.*

*N. 4096.*

*E Regio Monte, 10.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Catharinae reginae Poloniae*
*vinum Rhenense mittit et rogat, ut* "plus animum mittentis quam exile illud, quod mittitur, considerare dignetur".
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 739.*

*N. 4097.*

*E Regio Monte, 10.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"]*
*officia offert; de copiarum ducis Brunsvicensis conatibus se nihil novi,* "quantum ad substantialia", *compertum habere, quam quae prius ad se perlata sint, et quae eum a rege cogniturum esse confidit.*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 735-736.*

*N. 4098.*

*E Regio Monte, 16.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*nuntium regium, Gabrielem Grabowiecki, omnia, quae in commissis habuerit, summa fide exsecutum esse nuntiat et significat se etiam illi quaedam regi referenda commisisse.*
*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 745.*

*N. 4099.*

*E Regio Monte, 16.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*pro diligentia in expediendis negotiis suis adhibita et litteris, per regium nuntium [Gabrielem Grabowiecki] sibi allatis, gratias agit et benevolentiam suam vicissim declarat.*
*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1452.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 746.*

*N. 4100.*

*E Regio Monte, 16.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Nicolao Radziwiłł "Rufo", palatino Trocensi,*
*pro propenso eius in se animo, quem cum ex litteris eius, tum ex Gabriele Grabowiecki, nuntio regio, intellexit, gratias agit et benevolentiam suam vicissim offert.*
*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 744-745.*

*N. 4101.*

*E Regio Monte, 16.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Georgio Olelkowicz, duci Slucensi,*
*quid ad postulata eius responderit, a nuntio regio, Gabriele Grabowiecki, ipsum intellecturum esse significat.*
*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 746-747.*

*N. 4102.*

*E Regio Monte, 17.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Lucae et Andreae a Górka*
*pro salute, per nuntium regium [Gabrielem Grabowiecki] dicta, gratias agit.*
*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 747.*

*N. 4103.*

*E Regio Monte, 17.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Petro Chwalczewski* (Falschofski), *capitaneo Cnissinensi,*
*mirari se satis non posse nuntiat, quomodo fiat, ut* "proprio ausu mensurare agros scopulosque in locis finium controversis erigere praesumat", *et postulat, ut ab eiusmodi incepto desistat.*
*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 748.*

*N. 4104.*

*E Regio Monte, 24.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*de Livoniensium consiliis et moliminibus sententiam suam profert et consilium praebet regi, quid rebus sic stantibus sit faciundum.*
*(Schedula: nova ex castris ducis Brunsvicensis).*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 750-755.*

Regi Poloniae, XXIIII Iunii.
Scribit, quid Livonienses moliantur, suamque sententiam exponit, quid Regi faciundum videatur.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime..

Quandoquidem S. Regia Vestra Maiestas a me postulat, et debitum etiam fidei meae illud requirit, ut quicquid cognovero, quod scire de rebus bellicis S. Regiam Vestram Maiestatem referat, ei communicem, celandam Maiestatem Vestram esse non putavi, hesterna die me ab iis edoctum, quos in Livoniam Ordinis consilia exploratum ablegavi, habito non ita pridem conventu Magistrum Ordinis istius[1] suis arma imperasse, etiam sub bonorum amissione, ea conditione, ut quam primum alteras accepturi literas essent, in expeditionem irent. Ad haec unicuique iniunctum esse, ut sibi victualibus bene prospiciat. Muniri etiam castra, praecipue vero ea, quae Maiestatis Vestrae terris finitima istic sunt, atque omnis generis armamenta bellica parari. Esse ibi etiam duos belli ductores, qui tam pedestrem militem, quam equestrem conscribant, [*f. 751*] dari etiam arram stipendiariam omnibus iis, qui saltem militare velint. Ceterum et publice interdictum esse, ne quis terris illis excedat, sed se domi contineat, idque sub gravi poena. Accedit et illud, quod Episcopi Curoniensis[2] fratri, qui non ita pri-

dem hac iter in Germaniam fecit, data sunt viginti millia florenorum, quae Duci Brunsvicensi[3] ferret. Cum autem dictus Magister Livoniensis atque illi, qui partium illarum sunt, interrogentur, quidnam sibi velit apparatus iste, responderi: esse quosdam, qui non usque adeo bene velint terris istis, itaque cogi se in quemcumque eventum parata habere omnia.

Meminit autem Maiestas Vestra, quid de consiliis Livoniensium antea ad illam perscripserim. Quae tum quidem temporis adhuc incerta, nunc vero confirmari Maiestas Vestra videt, ut quivis prudens facile intelligat, quonam haec omnia respiciant. Nam quod praetendunt esse quosdam, qui male Livoniensibus velint, illud ego, quinam sint illi, non assequor. Habent enim nunc cum Duce Muscovitarum[4] novas pacis indutias ad triginta annos[a]. Exterorum vero Principum neminem esse scio, qui iusta aliqua de caussa illos infestare possit. De vicinis autem Maiestatis Vestrae terris non est quod sibi metuant. Itaque aliud subesse necessario sequitur.

[*f. 752*] Magno id sane suspicionis argumento est, quod millia tot florenorum Duci Brunsvicensi miserint, tum quod suis etiam praefectis de externo milite conscribendo iniunxerint, et aggeribus civitatem Rigensem cingant, ut, quantum ego coniicere possum, credibile sit illos sinistri aliquid alere, eo fortassis consilio, si Dux Brunsvicensis ex una parte exercitum suum in has terras ducturus esset, ipsi ex altera parte irrumperent. Ac si non omnino victores esse possent, auxilia tamen Maiestatis Vestrae ex istis partibus aut interciperent, aut praepedirent. Itaque non inconsultum mihi videretur, ut S. Regia Vestra Maiestas, occasione sumpta ab imperatis armis et apparatu bellico, sciscitaretur per literas a Magistro Ordinis istius, quid fidere ei S. Regia Vestra Maiestas hoc tempore deberet. Interim autem prudenter Maiestas Vestra fecerit, ut littora maris et vias illas, qua ex Livonia per Samogithiam et alia loca iri solet, diligenter observari et custodiri iubeat. Et ne quid improvisus casus periculi ferat, ad arma subditos Magni Ducatus et Samogithiae, sicut in Regno Poloniae fecit, accingi mandet, ut si inopinata necessitas requirat, in promptu ad resistendum sint. Utile etiam videretur, quandoquidem Livonienses suis interdixerunt, ne quis terris illis excedat, ut ingredientes etiam hic et alibi diligenter observentur.

Praeterea cum in omnem eventum non modo de praesentibus, sed futuris etiam recte consilium capitur, volui et illud Maiestatem Vestram praemonere, quod si contingeret (quod tamen Deus avertat) per Ducis Brunsvicensis exercitum terras hasce impugnari, praestare quidem videbitur, ut obviam illi in Pomeraniae [*f. 753*] finibus eatur. Sed in dubio est, unde sufficientia commeatus habenda sit tam pro Maiestatis Vestrae numeroso exercitu, quam meo etiam qualicunque. Nam sicut ad me perfertur, vix urbibus Maiestatis Vestrae terrarumque Prussiae, quam etiam vicinorum tantum suppetit, ut alimenta quotidiana pro inhabitantibus ad usum necessarium in promptu sint. Quid fieret, si illac magnus aliquis exercitus traducendus esset? Itaque operae pretium fecerit S. Regia Vestra Maiestas, ut Prussiae terris aliisque finitimis imperet, ut sibi in annum victualibus bene provideant, ut non modo tempore necessitatis ipsi quod manducent habeant, sed S. Regiae Vestrae Maiestatis etiam meisve hominibus illac cum exercitu proficiscentibus necessaria suppeditare et castra etiam cum commeatu sequi possent.

Optimo autem iure S. Regia Vestra Maiestas Gedanensibus et Elbingensibus inordinatam illam frumenti exportationem, cui unius atque alterius inanis lucri spe inhiatur, in tempus saltem interdixerit, donec appareat, quonam copiae hostium tandem transferantur. Prudenter enim S.

Regia Vestra Maiestas secum expendit, si commeatus exercitui aliquo in loco haerenti defecerit, per se eum confici. Quapropter ante omnia de his Maiestas Vestra sollicita esse dignetur. Namque ubi cognovero Maiestatem Vestram suis eam exportationem interdicturam, tum et ego meis quoque in tempus [*f. 754*] pari ratione mandabo tantisper, dum melior aura aspiret. Haec habui, quae ad S. Regiam Vestram Maiestatem scribenda esse putavi. Cui cum haec omnia curae esse et porro etiam futura non dubitem, nolui illis longius immorari, ut qui melius ea omnia S. Regiam Vestram Maiestatem quam me intelligere sciam. Ego sane, sicut coepi, neque diligentiae neque fidei quicquam in obeundis iis, quae commodum Maiestatis Vestrae et harum terrarum respicere videbuntur, negligam, atque ea omnia, quae porro ab iis, quos in ipsis hostium castris habeo, intellexero, quaeque in horas expecto, S. Regiae Vestrae Maiestati quam celerrime significabo. Quod reliquum est, commendo me meaque omnia Maiestatis Vestrae Regiae favori et clementiae, ipsam vero Maiestatem Vestram protectioni Altissimi. Datae Regiomonti.

A.M.

Cedula

Mittit nova ex castris Ducis Brunsvicensis.

Cum ante horas aliquot literas hasce iam ad Maiestatem Vestram perferendas dedissem, venit quidam veredariorum meorum, qui descripta haec vernacula lingua attulit ab iis, quos ad perscrutanda hostium consilia in Ducatum Megapolensem ablegavi. Itaque nuntium hunc ex itinere revocare coactus sum. Perquam libenter autem illa S. Regiae Vestrae Maiestati Latino idiomate translata misissem, sed propter temporis angustiam id commode fieri non potuit. Non dubito autem, cum Maiestas Vestra tam Germanicam quam Polonicam linguam bene calleat, ea omnia sit rectissime intellectura [*f. 755*]. Etsi autem in iis ipsis quaedam[b] cum prioribus pugnantia sunt, facile tamen Maiestas Vestra animadvertet, utrum sit verisimilius, et quae de terris hisce deque copiis Ducis Brunsvicensis feruntur, illa, ut videt Maiestas Vestra, plus adhuc periculi quam securitatis habent, cumque dubia sint, nihil de apparatu et vigilantia adhuc remittendum censeo, donec tandem certo constet, quid aut quo copiae istae cogitent. Quae omnia Maiestas Vestra prudentius me secum expendet. Datum ut in literis.

a) *in margine.*
b) *in ms.* quidam
1) *Henricus a Galen.*
2) *Ioannes a Munichhusen.*
3) *Henricus.*
4) *Ioannes IV Basilides.*

*N. 4105.*

*E Regio Monte, 24.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*rogat, ut negotia, de quibus ad regem scribit, promovere velit.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 758.*

Vicecancellario, XXIIII Iunii.

Petit, ut ea, quae ad Regem scribit, suo suasu iuvet.

Reverende ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Quandoquidem tot Reverendae Generositatis Vestrae in nos sunt officiorum suorum merita, ut illa digne depraedicare nequeamus, nolumus illis longo aliquo encomio immorari, ne verbis nos illa plus quam animo amplecti existimet. Tamen quod grata nobis sint, per occasionem digno ea testimonio prosequemur. In primis prudenter iudicamus fieri, ut denuo literae ad Serenissimum Romanorum Regem[1] et alios, sicut expedire videbitur, mittantur. Expeditionem autem tertiis literis restium imperari, cum res adhuc non postulet, in tempus differri utilius censemus tantisper, donec certi aliquid de hoste in terras hasce profecturo constiterit. Locum autem, quem hoc (*f. 759*) tempore Maiestati Regiae propter nimiam distantiam, quo Regno abest, eligendum censeamus, ex literis id nostris Reverenda Generositas Vestra cognoscet, tametsi Maiestati Regiae cum consiliariis suis terrarum Prussiae, nisi serum foret, deliberandum id relinquamus. Difficile enim foret tam longa locorum intercapedine S. Regiam Maiestatem accurrere, si hostis per Pomeraniam in has terras acceleraret, quando ista provincia nihil adeo muniti habet, quod remorari eum diu possit. Itaque Reverenda Generositas Vestra eam deliberationem Maiestati Regiae consulere ne gravetur.

Quod reliqua negotia nostra attinet, ad illa, quanto ita fieri oportet, Senatorum et Maiestatis Regiae sententiam expectabimus. Quae ut curae Reverendae Generositati Vestrae esse scimus, ita longa commendatione denuo illa prosequi supervacaneum esse putamus. Persuasum enim nobis omnino habemus, nihil ea ex parte in Reverenda Generositate Vestra, quoad recte fieri potest, desiderari. Quo fit, ut Reverenda Generositas Vestra nos magis magisque sibi devinciat. Quod reliquum est, optamus Reverendam Generositatem Vestram rectissime valere. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Ferdinandus I.*

*N. 4106.*

*E Regio Monte, 25.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*putat non opus esse expeditionem bellicam accelerare,* "donec de hoste in has terras profecturo certo constiterit"; *suadet tamen, ut se rex ad hosti citius obviandum Posnaniam vel locum ei vicinum conferat; rogat, ut Bernardo Pretwicz, postulante necessitate, potestatem concedat cum trecentis equitibus ad se in Prussiam proficiscendi.*

*(Schedula: de praesidiis Gedani collocandis).*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 755-758.*

Regi Poloniae, XXV Iunii.
Scribit non opus esse tanta laude pro cura et diligentia in negotio bellico impensis. Non esse autem ad expeditionem accelerandum, donec certo de hostis conatu constet. Item petit, ut se ex Lithuania in locum aliquem Posnaniae vicinum conferat. Item Bernhardo Pretwicio et tribus insuper aliis equitum ductoribus potestatem dari stipendia apud Celsitudinem Suam militando merere.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

In priorum literarum obsignatione S. Regiae Vestrae Maiestatis literae per tabellionem meum mihi redditae sunt. In quibus quod diligentiam et vigilantiam meam qualemcumque gratam habet, vellem quidem eam tanti esse momenti, ut laudes has Maiestatis Vestrae mereretur. Tamen ut magis magisque illa confirmem, summo studio annitar. Quod vero [*f. 756*] Maiestas Vestra, ubi necessitas postulaverit, tertiis restium literis editis hosti obviam ire constituit, facit illud Maiestas Vestra pro suo in terras hasce amore et clementissimi Regis officio. At cum res adhuc non postulet, ut ad expeditionem eam acceleretur, tantisper parata sunt habenda omnia, donec de hoste in has terras profecturo certo constiterit. Quoniam vero S. Regia Vestra Maiestas aliquando longius a Regno Poloniae iam distat, ut festinanti hosti tam cito ad obviandum praesto esse non possit, videretur non inconsultum fore, si se Maiestas Vestra Posnaniam, aut ad illas partes, quae inter Turoniam et Posnaniam intermediae sunt, conferret. Eo enim facili momento in casu necessitatis suos ad se vocare, mecum etiam consilia ibidem sua minore intervallo communicare, hostique imminenti obviam inde ire posset, ita tamen, ut in Lithuania post se relinquat aliquem, qui vices Maiestatis istic Vestrae agat, omniaque bene constituta et parata habeat ad Livoniensium impetum reprimendum, ut si opus etiam videretur praesidia et propugnacula in illis partibus, quas hostis adoriturus prius esset, collocarentur. Prudenter autem et rectius haec omnia S. Regia Vestra Maiestas cum consiliariis Regni et terrarum suarum Prussiae, quemnam locum inter Posnaniam et Gedanum seu Thoronium Maiestas Vestra deligere debeat, deliberatura est. Illis enim situs et commoditas eorum expeditius quam mihi constat.

Quod equitum ductores, quibus uti vellem, nominari sibi S. Regia Vestra Maiestas cupit, peto, ut Domino Bernhardo Pretwitio cum trecentis equitibus, si necessitas ita postulaverit, potestatem ad me eundi concedat. Ex reliquis vero tres vel quattuor, quos volet, Maiestas Vestra addat, tamen quoad fieri potest tales, quibuscumque aut vernacula aut Latina [*f. 757*] lingua utcumque saltem conferre sermones possim. De argento et moneta Maiestatis Vestrae responsum, sicut faciundum censet, expectabo. Quod reliquum est, iterum atque iterum Maiestatem Vestram rectissime valere exopto. Datae Regiomonti.

A.M.

Cedula in literis ad Regem Poloniae

De praesidiis Gedanum collocandis, et curam eius civitatis Palatino Marienburgensi committi.

Literis hisce iam obsignatis, venit mihi illud in mentem, quod memini olim a divo S. Regiae Vestrae Maiestatis parente, deinde quoque a Maiestate Vestra Magnifico Domino Palatino Marienburgensi[1] et Generoso Ioanni a Werden curam civitatis Gedanensis in omnem discriminis et belli casum commissam fuisse, ita etiam, ut si res et necessitas postularet, omnes vasalli Maiestatis Vestrae, in terris Prussiae habitantes, ad iussa et imperata dicti Domini Palatini praesto essent, seque in eum, quem mandaret, locum conferrent. Idcirco non dubito Maiestatem Vestram hoc tempore itidem facturam atque id muneris rursus dictis dominis consiliariis suis iniuncturam esse, ut tam Gedanenses, quam reliqui eorum locorum subditi, Domino Palatino Marienburgensi oboedientiam, quidve pro temporis et

negotiorum ratione expedire videbitur, praestare et observare ne detrectent. Praeterea quandoquidem in casum necessitatis praesidia Gedanum collocanda sunt, etiam atque etiam id cavendum arbitror, ne tales eo mittantur, unde Respublica illa plus detrimenti quam commodi accipiat. [*f. 758*] Utile igitur esse iudico, ut S. Regia Vestra Maiestas Gedanensibus imperet, ut ipsi in casum necessitatis de externo milite conducendo et civitate illa, si possibile est, ex subditis illorum bene munienda solliciti sint. Si autem insuper illis maiori auxilio opus foret, daturam Maiestatem Vestram operam, ne eo destituantur. Haec ego quidem, pro meo in re tanta non usque adeo expedito iudicio, non ut ita omnino Maiestas Vestra constituat, propono, sed ut prudentius de his deliberandi occasionem habeat, ne quid rebus sic stantibus negligatur. Datum ut in literis.

1) *Achatius Czema.*

*N. 4107.*

*E Regio Monte, 29.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Hieronymo Chodkiewicz, castellanno Trocensi, Samogitiae capitaneo,*
*pro Bernardo Heidenstein et heredibus Lucae Harder, civibus Regiomontanis, magna iniuria et damno affectis,* "propterea quod ligna quaedam, in nemoribus Samogithiae ipsorum sumptibus et impensis elaborata et regiis literis libere dimissa, a quodam Rudowski eo praetextu... arrestata fuerunt, quod asserit ea ligna... sibi donata esse", *intercedit et rogat, ut subditis suis ligna detenta restitui iubeat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 748-750.*

*N. 4108.*

*E Regio Monte, 30.VI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Catharinae reginae Poloniae*
*litteras regis Romanorum mittit.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 760.*

Reginae Poloniae iuniori, Catherinae, ultima Iunii.
Mittit literas Serenissimi Romanorum Regis.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Accepi a Serenissimo Romanorum Rege, Domino meo clementissimo, literas hasce, quas puto responsorias esse ad intercessionem S. Reginalis Maiestatis Vestrae pro Illustri Domina Elisabetha Comitissa Hennebergensi interpositam. Quas S. Reginali Vestrae Maiestati cum hoc nuntio mittendas duxi, petoque, ut quid Serenissimus Maiestatis Vestrae parens respondeat, communicare id mihi dignetur. Quod reliquum est, opto S. Reginalem Vestram Maiestatem feliciter valere. Datae Regiomonti.

Cedula

Cum literas hasce ad Maiestatem Vestram Reginalem tabellioni meo dare constitueram, venit ad me servitor S. Reginalis Vestrae Maiestatis Melchior a Lehendorff, cui committendas eas esse putavi. Is etsi Maiestati Vestrae Reginali commendatus antea sit, officiosissime tamen rogatam illam habeo, ut meo etiam nomine benevolentia et clementia illum sua prosequi, sibique commendatum habere dignetur. Qua in re factura mihi est S. Reginalis Vestra Maiestas gratum et quavis observantia demerendum. Datum ut in literis.

A.M.

*N. 4109.*

*E Regio Monte, 1.VII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*mittit nova, ex castris ducis Brunsvicensis recens accepta, et litteras marchionis Ioannis; petit exemplar litterarum regis Romanorum, in negotio comitissae Hennebergensis ad regem datarum, sibi transmitti.*

*(Schedula: de copiis marchionis Alberti partim deletis, partim in fugam coactis, et de necessitate vigilantiae erga ducem Brunsvicensem).*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 761-762.*

Regi Poloniae, I Iulii.

Mittit ea, quae ex castris Ducis Brunsvicensis[1] accepit, petitque sibi exemplum literarum Serenissimi Romanorum Regis[2] mitti.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Quid denuo ab iis, quos ad exploranda hostium consilia ablegavi, ad me perscriptum sit, illud S. Regiae Vestrae Maiestati pro debita mea fide, et sicut facturum me recepi, sine mora aliqua, quemadmodum ad me perlatum est, hisce communicandum esse duxi. Quantum vero singulis bene consideratis intelligo, videntur omnia adhuc plus vigilantiae quam securitatis requirere. Namque et ipsos Pomeraniae Duces[3] cum Marchione Ioanne nonnihil metuere sibi ab exercitu isto inde apparet. Itaque remittendum adhuc nihil existimo ab eo apparatu, quem S. Regia Vestra Maiestas suis indixit. Ego itidem, quod mearum est partium, sedulo observabo et curabo omnia, donec certo tandem constiterit, quonam progressurae sint copiae istae. Mitto etiam S. Regiae Vestrae Maiestati literas, quas Illustris Dominus Marchio Ioannes perferri ad Maiestatem Vestram petiit, fortassis ad proximas S. Regiae Vestrae Maiestatis literas responsurus.

Ceterum nuntius quoque meus, quem cum intercessoriis Maiestatis Vestrae literis ad Serenissimum Romanorum Regem ablegaveram, rediens alteras hisce adiunctas literas mihi attulit. Eas existimo de negotio Illustris Dominae Comitissae Hennebergensis[4] ad [*f. 762*] Maiestatem Vestram scriptas esse. Quod si tales, sicut opinor, sunt, officiosissime S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut vel argumentum vel exemplum earum descriptum mihi mittere dignetur. Factura S. Regia Vestra Maiestas in eo rem mihi gratam. Atque haec omnia pro debito observantiae meae Maiestatem Vestram celandam esse non putavi. Si quid etiam porro ad me perlatum

fuerit, illud Maiestati Vestrae, sicut hactenus a me factum est, significare non praetermittam. Quam et feliciter et incolumem valere exopto. Datae Regiomonti.

Ex commissione Principis propria
A.M.

Cedula

Scribit copias Marchionis Alberti partim deletas, partim in fugam coactas esse. Itaque copiis Brunsvicensibus invigilandum esse.

Cum literas hasce manu mea subscriberem, perlatae ad me sunt Illustris Domini Marchionis Ioachimi Ducis Electoris literae, in quibus Illustritas Sua significat iterum Marchionis Alberti, nepotis mei, copias, quas collegerat, partim deletas, partim in fugam ex conflictu quodam, ad civitatem Schweinfurt habito, adactas esse, nihilque Celsitudini Suae ex Ducatu suo reliquum esse praeter castrum adhuc unum munitissimum, Plassenburg dictum. Ducem autem Brunsvicensem inde magis ac magis animum sumere, viresque exercitus sui, quem in Ducatu Megalb[urg]ensi adhuc habet, augere.

Haec cum ita sint, nec Dux iste Brunsvicensis a quo sibi nunc metuat habet, diligentiore mihi iam vigilantia opus esse videtur, quam si vires Marchionis, quae propositum ipsius hactenus multis modis remorarunt, fore non dubito. In horas autem certi aliquid de copiis istis expecto. Quicquid illud erit, quamprimum accepero, Maiestati Vestrae communicaturus sim. Datum ut supra.

A.M.

1) *Henricus.*
2) *Ferdinandus I.*
3) *Barnim IX et Philippus I.*
4) *Elisabeth, mater Annae Mariae, uxoris ducis Alberti.*

*N. 4110.*

*E Regio Monte, 1.VII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*litteras eius, propensae in se voluntatis testimonium, se accepisse nuntiat et benevolentiam vicissim suam ei declarat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 763.*

*N. 4111.*

*S.l., 2.VII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*pro litteris per Fabianum a Lehendorff sibi allatis et opera in expediendis negotiis ei commissis adhibita gratias agit; de negotio ducis Megapolensis; de legatione reginae Isabellae.*

*Cfr. El. XLIII, N. 159.*

*Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 348-350.*

An Gabrieln Terla, den 2 Julii anno 54.

Wir haben bey dem erbarn unserm kemerer und lieben getreuen Fabian von Lehen- [*f. 349*] dorff eur schreyben bekommen und aus demselben, wie auch von gedochtem unserm cemerer, welcher gestaldt ir euch uf unser gnediges ansinnen eurs vermugens furderlich erzeigt, auch woran es gemangelt, vorstanden. Thun uns desselben gegen eur person in allen gnaden bedancken. Mussen aber der zeit viel beymessen und es also dem lieben Gott heimstellen, und obwol die ko.mt. in dem handel, unsern freuntlichen und lieben oheim und sohn von Meckelburgk[1] betreffende, nicht unpilliche entschuldigung dieser zeit gelegenheit nach hatt, so hette man dennoch, in dem fall s.l. das thun konnen, davon man hinwider ethwas zu hoffen, do sonsten allerley nachdencken des abschlags ervolgen mogen.

Uns ist auch die andere gelegenheit allerley hendel und furhabens, domit man derorth umbgehet, mitleidlich, und were unsers erachtens nutzlicher, zu diesen leufften auf das zu sehen, so zu schutz und schirm gehörig, dan denen dingen in sicherheit nachgangen.

Die botschaft wegen der königin Isabelle giebt allerley bedencken, und mochte vielleicht bey [*f. 350*] etzlichen scheinen, das dieser welt arth nach wol viel zusagens, aber wenig haltens. Es were uns aber irer mt. halben mitleidlich, das dieselbe in solche ungewisse weitleufftigkeit solt gesatzt werden, seintemal wir irer mt. und derselben sohn[2] viel ein bessers und zutreglichers gonnen, auch von dem lieben Gott wunschen.

Commissio Principis propria
Idem audivit
Andreas Muntzer.

1) *Ioannes Albertus dux Megapolensis.*
2) *Ioannes Sigismundus.*

*N. 4112.*

*S.l., 2.VII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarło,*
*pro litteris eius una cum adiuncto scripto palatini Marienburgensis sibi missis gratias agit; de periculo ab eodem palatino sibi significato se iam ad regem scripsisse nuntiat et sperat regem ad id avertendum idonea media et vias inventurum esse; de bono exitu legationis suae [a Fabiano a Lehendorff apud regem peractae] gaudet.*

*Cfr. El. XLIV, N. 97.*

*Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 346-348.*

An Bernhardt Pohibeln, den 2 Julii anno 54.

Lieber, getreuer.

Wir haben dein sambt inligenden des marienburgischen woywoden[1] schreyben bekommen und aller inhaldt notturftiglichen eingenohmen. Thun uns erstlich der mitteylung solcher schrifte in gnaden bedancken. Und nachdem wir auch, do es zu den fellen kommen soldt, vast gleiche beysorge als gedochter woywode tragen, haben wir hiebevorn der ko.mt.

unsere einfaldt darin zugeschrieben, vorsehenlich ire mt. derselben hohen vorliehenen vorstande nach zu vorhutung [*f. 347*] solcher besorglichen gefahr sonder zweyfel mittel und wege finden, auch disfals sich nach notturft mit iren rethen des königlichen teils Preussen gegen solche felle berathen werde, domit das, so diesen landen zu nutz und frommen gedeyen moge, vortgestalt.

Soviel deines hern[2] begeren wegen der ko.mt. jungst bey uns gehabter botschaft betreffende, derselben inhalt und summa ist die gewesen, das sich die ko.mt. uf die warnung und gemeynes geschrey, so derselben wegen uberzihung dieser lande zukommen, gnedigst und hochlichen gegen uns erbotten, nicht allein zu schutz und rettung dieser lande im fall, der noch alles ir vermogen bey uns aufzusetzen, sonder auch persönlich neben und bey der entsetzung zu sein, auch mit dem allergnedigsten anhange, das sie umb soviel mehr darzu geneigt, seintemal sie uns anstadt eines vatern hielte und liebte, und wes dem ausstrich mehr anhengigk gewesen.

Dargegen wir uns gegen ire mt. zum under- [*f. 348*] thenigsten bedanckt. Wolten uns negst Gott uf solch irer mt. gnedigstes erpieten gentzlich vorlassen, und solte unsers teils, solange wir lebten, auch nichts erwinden. Und wiewol wir der hohen und gnedigen anzihung anstadt eines vatern uns viel zu wenig gegen ire mt. achteten, so wolten wir doch nicht allein ein treues veterliches hertz, sonder auch unsere aufrichtige und gehorsame dienstwilligkeit bis in unser gruben bestendig gegen ire mt. erhalten und in der thatt uns, wie eynem treuen diener, blutsfreunde und lehensfursten eigent, jederzeit beweisen. Wie wir dan nit zweyfeln, deinem hern numehr solch unser andtworth durch ko.mt. wissende sein werde.

Andres Muntzer.

1) *Achatius Czema.*
2) *Gabriel Tarło.*

*N. 4113.*

*E Regio Monte, 15.VII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"] et, mutatis mutandis, R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*commendat causam iuvenis Reinholdi Crakau,* "ex honesta patriciorum Gedanensium familia nati", *privilegiis suis et beneficiis fraudulenter et surrepticie privati, et rogat, ut auctoritatem suam interponat, ut beneficiorum et immunitatum suarum renovationem eo facilius a rege impetrare queat.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 767-769.*

Duci in Olika, mutatis mutandis Vicecancellario, XV Iulii.
Pro Reinholdo Crakau.

Illustris Princeps, Amice et Frater nobis multis nominibus dilecte.

Iterum nobis supplex factus est nobilis iuvenis Reinholdus Krakau, ex honesta patriciorum Gedanensium familia natus, ac vehementer oravit, ut

ipsius causam, quam superiore anno Cracoviae etiam Illustritati Vestrae commendaveramus, de qua conficienda et spem Illustritas Vestra liberalem tum dederat, nunc denuo per literas commendatum redderemus. Ea autem causa est eiusmodi, ut Illustritas Vestra facile eam ex ipso Reinholdo (quem benigne, quoad fieri potest, ad Illustritatis Vestrae privatum de hoc suo negotio colloquium admitti petimus) percipere possit, ac omnino in S. Regiae Maiestatis etc. liberalitate et aequitate sita est. Impetraverat enim ante aliquot annos hic Reinholdus a S. Regia Maiestate eximium beneficium, quo illi liceret non solum per inclitum Regnum Poloniae omnis fere generis merces libere et absque thelonei solutione transportare et evehere, sed etiam singulis annis aliquot lastas, ut vocant, salis in Magnum Ducatum Lithuaniae eadem libertate transferre ac divendere. [*f. 768*] Hancque immunitatem S. Regia Maiestas huic Reinholdo non solum ad preces et intercessionem primariorum consiliariorum Regni, sed etiam ob eam causam, quod a divo Sigismundo piae memoriae Rege Poloniae simile beneficium parenti huius Reinholdi ob benemerita et virtutem eius, ad uxoris quoque et legitimorum suorum liberorum vitae tempora durans, datum erat, concesserat, quemadmodum id ex fidedignis exemplis regiarum literarum conspici potest.

Cum autem adverso quodam casu huic Reinholdo regiae literae corruptae essent, certisque conditionibus in manus et fidem cuiusdam Alberti Ratzkowski, aurifabri Cracoviensis, pervenissent, Albertus iste fraudulenter et malis documentis privilegia illa nomini suo inscribi surrepticie per quosdam a S. Regia Maiestate impetravit. In quo cum Reinholdus hic circumventum se intellexerat, literarum suarum restitutionem sive renovationem aliquoties, dum patria absens Imperatoriae Maiestatis aulicum agit, per alios ad hoc rogatos petiit, sicut et nunc S. Regiae Maiestati clementiam et authoritatem[a] intercedentibus literis hisce nostris implorat. Cuius petitio cum sit aequissima et regia liberalitate digna, noluimus honesto iuveni, variae huius negotii ergo infortunae procellis iactato variamque sortem experto, et quod vicem illius merito dolendam censeamus, hac in re nostra commendatione deesse.

Quamobrem Illustritatem Vestram magnopere rogatam habemus, ut huius Reinholdi causam sibi commendatam habeat, eumque sua authoritate, qua apud S. Regiam Maiestatem plurimum potest, adiuvet, ut renovationem datorum beneficiorum et concessarum immunitatum, cassationem autem earum literarum, quas dolo et [*f. 769*] fraude aurifaber iste obtinuit, eo facilius impetret. Quantum enim intelleximus, omnem spem suam in Illustritatis Vestrae opera et studio collocavit, praecipueque confidit Illustritatem Vestram illi non defuturam, quod illa non levem nobis impetrandi eius spem Cracoviae fecerit, et omnino is persuasum habeat Illustritatem Vestram in gratiam nostram quidvis libenter facturam, omnemque operam daturam, ut voti compos fiat. Quod quidem Illustritas Vestra summa diligentia agat, curet et efficiat, etiam atque etiam rogamus. Quidquid enim huius Reinholdi causa studii et laboris sumpserit, id nobis impensum existimabimus ac vicissim eo nomine nostra studia et officia omnia Illustritati Vestrae deferimus. Quam et recte et feliciter multos annos valere optamus. Datae Regiomonti.

A.M.

a) *in ms.* authoritate

## *N. 4114.*

*S.l., 18.VII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bernardo Pretwicz, capitaneo Trembovlensi,*
*rumorem de copiis ex Germania non procul a finibus Regni Poloniae et Ducatus Prussiae congregatis etiam ad se pervenisse nuntiat et se eundem rumorem regi significasse; addit tamen se postea cognovisse hoc anno fortassis Poloniam et Prussiam non invasum iri; solutionem debiti certis condicionibus ei procrastinat.*

*Cfr. El. L, N. 563.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 217v-219.*

An Pretwitz, den 18 July 54.

Wir haben euer schreiben bey unserm undersassen und eurem diener, gegenwertigem zeigern, bekomen. Daraus wir, wes euch euer vetter fur anzeig wegen der itzigen kriegsleuft im Deutschlandt gethan, in gleichem eurem dinstlichen willen gegen unser person und angehaftes erinnern, wess ir euch gegen uns erpothen, sampt weitern inhalte und bitten, do was verhanden, euch nit von uns zu lassen, und do es zum anzug oder aber nit komen thete, euch mit eim 2 oder 300 fl. zu verlegen, verstanden. Hirauf wollen wir euch in gnaden nit verhalten, das nicht ohne, ein solchs geschrey auch wol an uns gelangt, das ein gute anzal kriegsvolck sich nicht so gar weit von der ko.mt. zu Polan etc. und disen unsern landen gesamlet und gewest, auch etwas wider dise lande anfahen möchten. Wiewol uns aber gewisser grundt disfals sogar nicht bewust gewest, haben wir doch [f. 218] solchs ko.mt. unangezeigt nicht lassen mogen. Darauf sich dan ire ko.mt. gegen uns gnedigist und eins ernsten guten willens vernehmen lassen, des wir dan s.ko.mt. dinstliche dancksagunge wissen, spuren, auch daraus s.ko.mt. ir eigen landt, auch uns als iren lehensfursten nicht verlassen wollen. So haben auch ire ko.mt. ahn allen orthen aufgebothen und bey uns, welche personen[a)] wir im fall der noth uns zuzuzihen[b)] begereten, erforschen lassen. Darauf wir sonderlich euer person vermeldet und angezeigt, wahren auch willens, do wir nurt gewust, das der handel vortgangen, oder uns einig noth vorgestossen, euch mit unserm eigenen bothen ersuchen und solchs vermelden zu lassen. Es hat sich aber in der eyle und aus allen kundtschaften, die wir darauf gelegt, balde sovil gefunden, dardurch die vermuttung kohmen, das die ko.mt. und dise lande Preussen wol unbelestigt bleiben wurden, wie dan, Got sey lob und darfur seiner almacht hochlich zu dancken, solche handlung bisher verpliben, und wils Gott diss jar kein noth haben solle, doch nicht destominder nehmen wir euer dinstlich erbiethen in allen gnaden ahn. Und haben darumb umb sovil eher und schleuniger disen euren diener abfertigen wollen, damit ir nicht in [f. 218v] unkosten oder ander beschwerung unsernthalben gefuret. So haben wir auch auf euer bitten 200 gulden euch damit zu verlegen, zuzuschicken nicht umbgehn wollen, welche ir von gegenwertigem eurem diener zu entpfahen.

Weil ir dan selbst voriger schuldt halben meldet, auch bittet, euch solchs noch zu stunden, als wollen wir euch unangesehen, das wirs itzo wol selber bedarfen, mit erlegung desselben in betrachtung itziger eurer gelegenheit dismal nicht beschweren, sonder uns vil lieber in disem fall selber

abbrechen. Hirneben aber wollen wir uns zu euch gentzlich versehen, do es der liebe Gott (darfur wir doch mit embsigem gebeth bitten) und dannest guth acht jeder zeit darauf geben wollen, die noth erheischen wurdt, das ubers jar die itzt abgezogenen oder andere unsere feindte villeicht widerkohmen und uns noth zustehen solte, ir werdet euch ufs kommende jar (weil wir euch auch dise 200 gulden darauf schicken) also darnach richten, damit ir uns, wo nicht fur die gantze suma, doch zum theil mit zuschickung etlicher ochsen vorsehen und also abzalung darfur thun möget, es auch also bestellen, damit wir solche ochsen zwischen hie und nechstkomendt Ostern alhero bekomen mochten.

a) *sequitur expunctum:* welche personen
b) *verbum correctum.*

*N. 4115.*

*E Regio Monte, 20.VII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro iuvene Reinholdo Crakau intercedit, ut eum rex, privilegiis et beneficiis fraudulenter exutum, privilegiorum renovatione donare dignetur.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 765-766.*

Regi Poloniae, XX Iunii.
Pro Reinholdo Crakau.

Clementissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Cum in proximis nuptiarum solemnibus Cracoviae apud S. Regiam Vestram Maiestatem essem, intercedebam pro nobili adolescente Reinholdo Crakau, ut cum adverso quodam fato et malis documentis cuiusdam Alberti Ratzkowski, aurifabri Cracoviensis, privilegiis suis exutus esset, illis per renovationem S. Regiae Vestrae Maiestatis restitueretur. Quas preces meas irritas tum penitus non fuisse intellexi, quod partim ad Comitia [*f. 766*] Regni, partim in Lithuaniam eius negotii tractatio a S. Regia Vestra Maiestate reiiciebatur. Nunc cum denuo idem Reinholdus causam hanc suam S. Regiae Vestrae Maiestati per me commendari petat, duplici quidem nomine precibus honesti adolescentis abnuendum esse non putavi, cum quod causam meo iudicio videtur habere et iustam et aequam, tum quod parum candide bonum iuvenem circumventum esse me miseret, sicut rem totam S. Regiam Vestram Maiestatem ex Illustri Domino Duce in Olika[1], fratre et amico mihi charissimo, et ab ipso Reverendo Domino Vicecancellario Regni[2] etc. plenius intellecturam non dubito.

Itaque cum S. Regiam Vestram Maiestatem, rei ipsius indignitate motam, intercessioni meae benignum et liberalem aliquem locum daturam esse sperem, officiosissime et studio quidem quo possum maximo rogatam illam habeo, ut precibus id meis det atque nobilem hunc iuvenem regia clementia complexum privilegiorum, quorum beneficio in quadriennium iam caret, renovatione donare dignetur, regiamque munificentiam, sicut antea, hac ex parte claudi in ipso ne patiatur. Qua in re S. Regia Vestra Maiestas mihi gratissimum fecerit, ipsum vero Reinholdum perpetuis officiis suis sibi devinctissimum reddiderit. In quo demerendo nihil quoque desiderari

in me sinam. Quod reliquum est, opto, ut S. Regia Vestra Maiestas diu salva et incolumis vivat et rerum omnium felici successu perfruatur. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Nicolaus Radziwiłł "Niger".*
2) *Ioannes Przerembski.*

*N. 4116.*

*E Regio Monte, 30.VII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*rogat, ut audaciam limitatorum seu mensuratorum terrae Coadiuten cohibeat et* "quod clementer promisit, benigne confirmet"; *petit libertatem sibi concedi trecentos boves ad usum castri sui Cleipodiensis ex Samogitia in Ducatum suum expellendi.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 772-774.*

Regi Poloniae, XXX Iulii.
Petit limitatoribus interdici, ut ab incepto desistant. Item de donandis particulis aliquot finium spem sibi factam tandem confirmari.
Item mittit literas pro expellendis trecentis bobus.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.
Binas iam ad S. Regiam Vestram Maiestatem literas dedi, quibus conquestus sum de quorundam audacia, qui sibi nescio quas mensurationes et limitationes terrae Coadiuten praesumant. Ad quas tamen nihil mihi a S. Regia Vestra Maiestate responsum est, nisi quod Generosus Gabriel Tarla, S. Reginalis Maiestatis curiae praefectus, suis mihi significavit[a] literis S. Regiae Vestrae Maiestati de talibus non constare. Etsi autem speraveram fore, ut aliquoties isti, a me benigne admoniti et interminationibus etiam deterriti, ab incepto supersederent, nihil tamen curari illa, imo insolentiores fieri inde limitatores istos animadverto in eo, quod de die in diem progrediuntur incolasque eius terrae pro lubito mulctant et facultatibus fere omnibus emungunt. Illis autem reprimendis etsi rationes mihi non deessent, datur tamen hoc dignitati et honori S. Regiae Vestrae Maiestatis, quod hactenus a vindicta propria subditos meos severis mandatis cohibuerim. Quandoquidem autem in furorem etiam patientia nimis laesa converti solet, enixe etiam atque etiam S. Regiam Vestram Maiestatem oratam habeo, ut primo quoque tempore limitatores istos edictis poenalibus ab audacia ista recovet, ne si perrexerint, magni alicuius et non ita facile restinguendi mali ansam praebeant, quando S. Regiae Vestrae Maiestati [*f. 773*] obscurum non est terras Coadiuten esse controversas et a commissariis in sequestrum positas. Quarum etiam nomine quam liberalem S. Regia Vestra Maiestas mihi pollicitationem fecerit, meminisse S. Regiam Vestram Maiestatem non dubito.

Et cum bene me sperare iusserit, submisse oro, ut nunc tandem ad dirimendas omnis generis controversias optato me responso exhilaret, quodque clementer promisit, benigne confirmet, siquidem perexiguum id est et non privati alicuius commodi causa, sed ut inter subditos paci et

tranquillitati consulatur, a me petitur. Namque et misera hominum illorum conditio postulat, ut certum tandem dominum consequantur, ne continuis expilationibus pro cuiusvis audacia obnoxii esse cogantur. Operae pretium etiam foret, si S. Regia Vestra Maiestas ad illud, quod adhuc reliquum est in lustrandis usque ad mare salsum finibus, commissarios ordinaret, ut et earum partium legitima tandem determinatio fiat.

Ad extremum, quandoquidem S. Regia Vestra Maiestas quotannis solita est mihi literas liberi thelonei mittere ad expellendos trecentos boves ex Samogithia pro castri mei Mimell necessitate, rogatam S. Regiam Vestram Maiestatem habeo, ut per literas eiusmodi et hoc anno eam mihi libertatem concedat. Factura S. Regia Vestra Maiestas in his omnibus mihi rem gratam, aequissimam et perpetuis meis [*f. 774*] officiis demerendam. Quod reliquum est, precor, ut S. Regia Vestra Maiestas diu salva et incolumis vivat rerumque omnium felici successu perfruatur. Datae Regiomonti.

A.M.

a) *correctum ex:* significaverit

*N. 4117.*

*E Regio Monte, 31.VII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*pro Valentino Herman, olim civitate Elbingensi eiecto, nunc rursus restituto et timente, ne quid mali ex parte quorundam senatorum eiusdem civitatis sibi accidat.*

*Cfr. El. XL, N. 1457.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 770-771.*

Vicecancellario Regni Poloniae, XXXI Iulii.
Pro Valentino Herman.

Reverende ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Obscurum non est Reverendam Generositatem Vestram, precibus nostris adductam, subditum nostrum Valentinum [*f. 771*] Herman, olim civitate Elbingensi eiectum, rursus in integrum restituisse, praecipue autem eo, quod intellexerat S. Regia Maiestas ipsum tempore seditionis ex quorundam invidia falsis et iniquis delationibus apud regios commissarios deformatum, insontem in exilium missum fuisse. Idcirco cum is urbem nunc illam, ubi nonnullos ex senatoribus male sibi volentes habet, rursus ingressus metuat, ne quid in praeiudicium restitutionis regiae istic surreptitie a S. Regia Maiestate impetretur, petivit, ut praeoccupare illud literis hisce ad Reverendam Generositatem Vestram datis velimus. Etsi autem scimus Reverendam Generositatem Vestram in sua Cancellaria sedulo cavere, ne prioribus S. Regiae Maiestatis cum matura deliberatione editis mandatis pugnans quid prodeat, tamen cum Reverenda Generositas Vestra per multitudinem negotiorum omnium aeque conscia esse non potest, duximus submonendam eius rei illam esse, ut secretariis suis, si forte illis de restitutione praedicta non constat, talia indicaret. Sicuti facturam esse Reverendam Generositatem Vestram omnino nobis persuademus. Erit hoc per se aequum, nobis vero gratum et benevolentiae nostrae studio demerendum. Datae Regiomonti.

A.M.

*N. 4118.*

*S.l., 1.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*de armifactoribus et fabris regi suppeditandis.*
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 220-221v.*

An ko.mt. zu Polan, den ersten Augusti 54.

Ich habe E.Ko.Mt. schreiben, des dattum steht Wilde den 21 July, empfangen und seines inhalts verstanden. Befinde daraus, wess E.Ko.Mt. an mich als derselben diener und lehensfursten begerendt, und so ich dan E.Ko.Mt. mit leib und guth underthenigist zu dienen schuldig, wehre ich auch umb sovil mehr derselben mit meinen dienern zu wilfaren geneigt. Weil aber die leufte, wie dan E.Ko.Mt. auch weislich bedencken, itziger zeit geschwinde und die, welche vermutlich auf dise lande gerichtet gewesen, aller ding so gar nicht abgewant, das sie sich nicht wider (do doch der Allerhochste fur sein wolle) erregen mochten, und in solchem und dergleichen, sovil menschlich vorzutrachten, auch E.Ko.Mt. meine schuldige underthenige pflichte umb sovil besser zu leisten, allerley an- und zubereiten lasse. So haben E.Ko.Mt. gnedigist zu erachten, wie ich derselben handtwercker, deren doch eines jedern wercks nurt einer, und ich mit schwerer muhe und uncosten an mich bringen konnen, auch in notfellen derselben noch mangel haben wurde, von solchem angefangenen werck entraten konne, dan do ich dieselben oder einen von inen itziger zeit von mir lassen solte, muste dises alhir, welchs E.Ko.Mt. auch zum besten zugericht, ligen bleiben. Derwegen ich in [*f. 220v*] keinen zweifel stelle, E.Ko.Mt. werden solchs mit gnaden erwegen und es der gelegenheit, so ich doch sonsten derselben mit leib und guth, wie gedacht, geschwigen mit meinen dienern underthenigist zu gehorsamen schuldig, beimessen.

Ich wil aber nicht unterlassen, baldt nach datto einen eigenen bothen an meinen zeugkmeister in Deutschlandt abzufertigen, das er E.Ko.Mt. zum besten der orth jeders handtwercks einen bestelle und mir hereinschicke. So sollen E.Ko.Mt. dieselben alsdan ferner mit dem forderlichsten zukomen. Und wiewol in E.Ko.Mt. rath ich zu wenig und gering, so liess ich mich doch beduncken, E.Ko.Mt. fur allen dingen ein guter zeugkmeister, der in fellen der noth allen brauch mit schantzen, forteil suchen und andern kriegsubungen geschickt, von noten sein wolt, welcher dise dinge wol verstundt, und do nicht selber machen, doch andern anweisung thun, auch etzliche von E.Ko.Mt. undersassen desselben berichten mochte. Und im fall E.Ko.Mt. dergleichen keinen hetten, oder selbst zu bestellen nicht wuste, auch mit dem angefangenen also fortzufahren willens, bin ich erbotigk, do es E.Ko.Mt. gefellig, noch einen guten gesellen, der diser geschicklìgkeit daussen landes umb zu horchen, denselben E.Ko.Mt. zum besten zu bestellen und behandeln [*f. 221*] zu lassen. Doch weil es mit dergleichen leuthen also gelegen, das sie sich ungerne ohne vorbewust gewisser und ehrlicher underhaltung aus iren dinsten an andere orth begeben, so haben E.Ko.Mt., wo dieselbe mit so einem zeugkmeister, wie gedacht, nit albereit gnugsam versehen und ir diss mein erbieten in gnaden gefellig, mich zu verstendigen, wess E.Ko.Mt. dergleichen einem zur besoldung und underhalt wol geben wolten, so will ich alsdan ohne alles seumen mit bestellung eines zeugkmeisters, auch der andern handtwercker, E.Ko.Mt. willen und

meinung in dem bequemen. Im fall aber ir E.Ko.Mt., der oberberurten meister einen, in eyle haben musten, und E.Ko.Mt. nicht zu achten, als wolt ich derselben nicht gerne wilfaren, so bin auf E.Ko.Mt. ferners zuschreiben ich solcher handtwercker einen aufn viertel jar, in welcher frist er andere wol underweysen kan, underthenigist derselben zu leisten und das meine dan doch eben, sowol E.Ko.Mt. zum besten gereicht, ligen zu lassen erbotigk, der dinstlicher zuversicht, E.Ko.Mt. die versehung thun werden, damit derselbe itziger welt brauch [*f. 221v*] nach von denen, so uber inen bevelich alda haben wurden, mir nicht entsponet, sonder nach verlauffener frist sich widerumb anher begeben möge.

Solchs habe E.Ko.Mt., dero ich in allem thulichen meines höchsten verstandes und vermögens nicht allein als ein treuer vatter (in dem ich mich doch gegen E.Ko.Mt. vil zu wenig achte), sonder als ein gehorsamer diener und armer lehensfurst zu dyenen schuldig und pflichtig, underthenigist in antwort auf derselben schreiben nicht pergen wollen, dinst- und freuntlich bittendt, E.Ko.Mt. das ermelte alles anders nit, dan wie gedacht, in gnaden verstehen und anmercken wolten. Und bevelhe E.Ko.Mt. hiemit dem schutz Cristi, mich aber in E.Ko.Mt. gnedige gewogenheit.

Ex commissione Principis propria
An. Munzer.

*N. 4119.*

*E Regio Monte, 1.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*rogat, ut apud regem efficiat, quo limitatores terrae Coadiuten ab incepto revocentur, et alia gravamina in Lithuania occurrentia tollantur.*
*Cfr. El. XL, N. 1457*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 774-776.*

Vicecancellario, 1 Augusti.
Petit, ut apud S. Regiam Maiestatem iuvet interdici limitatoribus terrae Coadiuten, ut sibi ab incepto temperent. Item ut promissionem regiam de donandis finium quorundam controversorum [particulis] in Comitiis promoveat. Et pleraque alia in Lithuania gravamina tolli consultor sit.

Reverende ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Latere Reverendam Generositatem Vestram nolumus, binis iam literis nos ad S. Regiam Maiestatem scripsisse de quorundam audacia, qui agros terrae Coadiuten limitant, miserosque incolas omnibus facultatibus emungunt. Ad quas tamen literas nostras nihil adhuc nobis a S. Regia Maiestate responsum est. At cum isti mensuratores necdum sibi ab ausu suo temperant, metuendum est, ne patientia subditorum meorum, partibus istis vicinorum, in furorem tandem exeat atque magni aliquid mali inde emergat. Quod ne fiat, tertio iam eadem de re ad S. Regiam Maiestatem scribimus. Quoniam vero opera Reverendae Generositatis Vestrae plurimum huic negotio maturando utilis esse potest, rogatam illam habemus, ut consultor S. Regiae Maiestati esse velit ad cohercendos illos limitatores, idque severis et poenalibus mandatis, ne si id non fiat, res alio, quam putatur, cadat.

Esse autem et memorem Reverendam Generositatem Vestram minime dubitamus, quam liberalem nobis S. Regia Maiestas spem fecerit de [*f.* *775*] particulis eiusmodi controversis et a commissariis in sequestrum, ut vocant, positis. In eo ut optato tandem responso exhilaremur, peramice studium ad id Reverendae Generositatis Vestrae requirimus. At si nunc id commode adhuc fieri non potest, memor tamen nostri ad proxima Magni Ducatus Comitia esse velit.

Praeterea obscurum esse Reverendae Generositati Vestrae non putamus de iniuriis, quae pactis et foederibus ex parte Magni Ducatus inferuntur, ut est illud de prohibitis veteribus itineribus, de interdicto libero mercatu, de novis theloneis, de eo, quod non conceditur nobis et subditis nostris nobilibus libertas emendi illa in Magno Ducatu, quae ad necessitatem domesticam pertinent, quae a divo Sigismundo Rege nobis literis et sigillis facta, adeoque in toto Orbe Christiano veterum imperatorum constitutionibus licet. Ad ea et quae de finibus ad mare salsum nondum limitatis reliqua sunt, ut tum quoque optatum responsum nobis detur, iuvari per Reverendam Generositatem Vestram petimus.

Gratam etiam nobis rem praestitit Reverenda Generositas Vestra, quod responsum S. Romanorum Regis[1] in causa Comitissae Hennebergensis[2] nobis miserit. Quod cum remitti sibi postularit, hisce adiunximus. Amice autem Reverendam Generositatem Vestram rogatam habemus, ut si porro eo in negotio operam Reverendae Generositatis Vestrae requisiverimus, eam haud gravatim nobis commodet. In eo et rem gratissimam nobis Reverenda Generositas Vestra fecerit, et quovis benevolentiae nostrae testimonio [*f. 776*] demereri illud memores erimus. Quod reliquum est, optamus Reverendam Generositatem Vestram rectissime valere. Cui nos nostraque quam amice commendamus. Datae Regio Monte etc.

Commissio Principis propria
A.M.

1) *Ferdinandus I.*
2) *Elisabeth.*

*N. 4120.*

*S.l., 1.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*de vectibus regis missis grate acceptis gaudet; rogat, ut se coram rege excusari faciat, quod fabros ferrarios a rege postulatos nunc mittere non possit; petit etiam, ut in causa, de qua cum Ragnetae cum rege collocutus est, rex se adhuc per breve tempus patientem exhibeat; pro litteris regis Romanorum in negotio comitissae Hennebergensis sibi missis gratias agit et eas remittit; de bello adversus Turcas suscipiendo regem Poloniae cum rege Romanorum se coniungere debere asserit; de regina bene valente et nasciturum sibi prolem exspectante gaudet etc.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 222-225.*

An Gabriel Terla, den 1 Augusti 54.

Wir haben eur bede jungst an uns gethane schreiben empfangen und derselben inhalt nach der lenge eingenohmen. Hören erstlich gerne, das die

hebzeug der ko.mt., unserm g. hern etc., zu gefallen und angenehme gewesen, von dem lieben Gott wunschende, das ire mt. derselben mer zu lust dan ernst brauchen möge. Seint auch des langen aussenbleibens unsers kleinschmidts mit eurer entschuldigung, dero nicht notig wer gewesen, in g[nade]n und wol zufriden. Das aber die ko.mt., als uns berurter unser kleinschmidt, berichtet, die beysorge tragen, es möchte der gröste zeugk zu den grossen stucken zu schwach sein, derselben were ohne noth, dan wir auch mit einem kleinen, wie die ko.mt. selbst gesehen, unser grostes geschutz vast gering gehaben, und ohne nachteil, noch so schwer als dan die ko.mt. solchs versuchen zu lassen heben wolten. So ist er auch in nothfellen umb sovil fuglicher und bequemer fortzubringen.

[*f. 222v*] Als ir dan ferner aus bevelich hochgedachter ko.mt. etzliche meister, welche zum beschlag der reder, und die laden am geschutz zu machen, geschickt, desgleichen unsern kleinschmidt M. Petern irer mt. uberzulassen oder auf ein zeit zu leihen begeret, wolten irer ko.mt. wir nicht allein in deme, sondern auch einem merern, und nicht allein als ein treuer vatter, darzu wir uns doch wil zu gering achten, sondern als der gehorsame diener in underthenigkeit gern wilfaren. Wir mögen euch aber in warheit nicht bergen, das wir mit grosser muhe und arbeit dergleichen meister, doch eines jeden wergks nurt einen, haben bekommen konnen, und selber nun itziger geschwinder leufft halben, welche ob sie gleich etwas stille worden, doch sogar nicht zu verachten, allerley auf ein vorsorg zu richten lassen, damit wir im fahl der noth (den doch der Allerhochste mit gnaden abzuwenden geruhe) nicht in die eyle duppelt unkosten darauf wenden musten und umb sovil stadtlicher der ko.mt. hochgenant unsere schuldige pflicht und dinste zu leysten haben. Derwegen unser [*f. 223*] gnediges begeren, ir wollet uns disvals bey ko.mt., wie wir dan auch selbst in unserm schreiben thun, entschuldigen, dan do wir, es wer der kleinschmidt oder der andern einer, itziger zeit von uns lassen soltent, muste das gantze angefangene wergk alhie mit wenig frommen ligen bleiben. Wir wollen aber baldt nach datto unserm zeugkmeister hinaus ins lande schreiben, das er der ko.mt. zum besten dergleichen meister behandle und uns ferner dieselben unseumlich, an die ko.mt. zu bestellen, hereinschicke.

Die beredung, so wir mit der ko.mt. zu Ragnit gehabt, belangende, in deme wolten wir irer ko.mt. lengst gerne wilfaret haben. Weil es aber solche hendel, die sich nicht baldt thun lassen, sonder guts bedenckens bedörffen, auch nicht einem jeden zu vertrauen, zudeme das allerley handwercker rath, vil schreibens, rechens, auch hin und wider bewegens darzu gehorig, und wir ein zeit hero der furstehenden leuffte halben davon abgehalten, so bitten [*f. 223v*] wir, die ko. mt. ein kleine zeit geduldt haben wolt, dan wir ins erste, als uns immer muglich, dasselbe fur die handt nehmen und es irer mt. mit dem grunde verzeichenen und fassen lassen wollen, auch unsers verstandes und sovil uns zufelt, dahin richten, das ire ko.mt. ein gefallen daran haben, und wie es gemeiniglich pflegt zu geschehen bey etzlichen leuthen, uns nicht zu spot oder leichtfertigkeit gereichen möge.

Wir bedancken uns auch in g[nade]n, das ir uns der ro.ko.mt.[1] schreiben, unsere muhme und frau mutter von Hennebergk[2] belangende, zugeschickt. Ubersenden euch auch solchs wider hiemiet zu, mit gnedigstem begeren, solchs der ko.mt. widerzuantworten und fur das gnedige erbieten und mitteilen, damit dieselbe diser sachen gewogen, hohe dancksagung von unsernt wegen zu thun, der zuversicht, ire ko.mt. sich in deme auf unser ferner ansuchen allergnedigst und unbeschwert erzeigen werden.

Uns ist auch die mitteilung der turckischen legation von euch zu angenehmem gefallen beschehen. [*f. 224*]. Und deucht uns warlich, die ko.mt. zu Polan nuhn hohe und grosse ursach habe, mit der ro.ko.mt. zu handlen, damit nicht irer ro.ko.mt., der gantzen cristenheit, auch dem ko[nigliche]n hauss zu Polan geundienet und Ungerlandt dem Turcken lieber als den cristen gegonnet, und vileicht dardurch nicht etwan den feinden der cristenheit zu einem merern ein handgrif geben.

Dan unsers erachtens der ro.ko.mt. macht und stercke, dem feindt allein widerstandt zu thun, vil zu gering. Es wolle dan der liebe Gott ein sonderlich wergk und wunderzeichen sehen lassen. Derwegen wol lengst vonnothen gewesen, die ko.mt. auf solchs sich mit hochgedachter ro.ko.mt. beratschlagt, und mer der cristen noth als ein unruhiger und ungewisser eigner nutz betrachtet wurde. Doch zweifeln wir nicht, die ko.mt. mit iren hochverstendigen rethen dises und anders besser und nutzlicher, als wir in unser einfalt schreiben mögen, bedencken und erwegen werden.

[*f. 224v*] Das die ko.mt. bede noch in guter frischer gesuntheit, und unsere g[nedig]ste frau, die kunigin[3], teglich Gottes gnedigen segens gewertig, solchs ist uns zu hören lieb. Wollen auch zu dem lieben Gott hoffen und treulich bitten, das es alles wol zugehe und bede ire mt. mit einem frölichen anblick erfreuet. Begeren aber gnedigst, ir wollet euerm erbieten nach ins eylendtste, wan Gott seine gnade verleihen, uns die botschaft vermelden und ja den ersten, der des wissenschaft bekomme, sein lassen.

Wir wolten euch auch in der bewusten sachen dismals gerne beantworten. So ist uns des noch nicht zukommen, darauf wir den handel vortzustellen. Sobaldt es aber an uns gelangt, wollen wir euch solchs zuschreiben.

Das ir unserm buchsenmeister seiner ausstehenden schulden halben furderlich seit, gereicht uns zu gnedigem gefallen, wollen es auch in gnaden wider erkennen.

[*f. 225*] Letzlich als ir durch eingeschlossenen zettel die ko.mt. des nicht underschreibens aus deme, das ire ko.mt. ein fehl an der handt bekommen, entschuldigt zu nehmen bittet, solchs were ohne noth gewesen, dan uns an irer ko.mt. gnade und gewogenheit genuget. Uns ist aber nicht lieb derselbe irer mt. zustandt, und wer besser, ire mt. sich in dergleichen schertz nicht begebe, dieweil etwas mer an irer mt. person als andern gelegen, und sich in solchen scharmutzeln dannoch allerley geferliche felle zutragen konnen. Dises wolten wir euch in antwort also auf euer schreiben nicht pergen, gnedigist begerende, uns jederzeit mit euren schreiben zu ersuchen und sovil zimlich allerley gelegenheit mitzutheilen. Dasselbe gereicht uns zu sonderm angenehmem gefallen und seint es in allen gnaden gegen euer person etc.

Ex commissione Principis propria
A. Monzer

1) *Ferdinandus I.*

2) *Elisabth comitissa Hennebergensis, socrus ducis Alberti.*

3) *Catharina.*

*N. 4121.*

*E Regio Monte, 2.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*tenutario in Taurogi*
*rogat, ut subdito suo Tilsensi uxorem transfugam restitui curet.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 776.*

Tenutario in Tauraggen, 2 Augusti.
Postulat, ut subdito Tilsensi uxorem transfugam reddat.

Nobilis et Generose, sincere nobis dilecte.

Queritur quidam subditorum nostrorum Tilsensium, quod quandam ex tenuta Generositatis Vestrae in uxorem duxerit, quae post brevem cohabitationem ab ipso aufugisset et nunc in quinquennium absens fuerit, supplex a nobis petens, ut eo nomine ad Generositatem Vestram scribere dignaremur, ut ipsi mulieri transfugae redire ad maritum mandaret. Quod minime denegandum illi et pium et aequum esse duximus. Quamobrem a Generositate Vestra clementer contendimus, ut quod petitur haud gravatim Generositas Vestra curet. Quae autem et qualis illa sit mulier et ubi moretur, illud Generositas Vestra ex capitanei nostri Tilsensis literis intelliget. Factura Generositas Vestra rem se dignam et aequam. Cupimus tandem Generositatem Vestram rectissime valere. Datae Regiomonti.

A.M.

*N. 4122.*

*S.l., 2.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*rogat, ut a rege impetret, quo limitatores et mensuratores terrae Coadiuten ab eorum incepto cohibeat (cfr. N. 4118).*
*(Germanice)*
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 225v-226.*

*N. 4123.*

*E Regio Monte, 12.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*Assuerum Brandt, capitaneum Tapiensem,* "quaedam secreta negotia" *regi relaturum, mittit et rogat, ut eum benigne audiat et plenam in omnibus fidem ei adhibeat.*
*(Sub textu:* Mutatis mutandis Reginae Poloniae [*Bonae*], Duci in Olicka [*Nicolao Radziwiłł "Nigro"*], Nicolao Radziwil [*"Rufo"*], Episcopo Samogithiae [*Venceslao Wierzbicki*], Vicecancellario [*Ioanni Przerembski*]).
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 777.*

*N. 4124.*

*Albertus dux in Prussia* *S.l. [12.VIII.1554].*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*miratur, cur Tarło litteras suas non acceperit; paratum se dicit eas, post suum in Regium Montem reditum, denuo rescribere; nuntiat se circa 1 Septembris non procul a Ragneta futurum; de regina nascituram sibi prolem exspectante gaudet; pro novitatibus, litteris Sigismundi ab Herberstein et acrostycho de natali reginae Catharinae sibi missis gratias agit; de paginis litterarum transpositis se excusat; rogat, ut Assuero Brandt in negotio finium ad regem misso auxilio sit.*

*Autogr. Sigill. (in Archivo per errorem sub anno 1556 positum).*

*Cfr. El. XLIII, N. 161.*

*HBA, B. K. 1176.*

Gancz geliebter her hofmeister.

Gestriges tages, den 11 dises, hab ich ewer schreiben bey Wilmansdorff bekumen, daraus ich verstanden, das weil dy post eilich furgefallen, ir nicht nachlassen wollen, unangezeiget zu lassen, das ir mihr negst von allerley geschriben und dagdeglich auf antwort wy auch noch warten thut, doch des nichts vernumen etc.

Warauf ich euch nicht pergen wil, das michs wurdert, dyweil mihr alle ewere schreiben worden und ich euch und ewerm diner Bohibel auch widerumb beantwortdet. Hoffe aber, ir werdets nunmehr bekumen haben, daraus ir und ewer diner euch werdet richten kunnen, den ich hab auch dy briff kegen Rangnet geschicket, das si euch von do zugefertiget sollen werden, hab auch register und alles mitgeschicket, es wehre den sach, das si irgents vergessen. Were auch wol willens gewest, abermols dyselben schreiben alle euch abermols und zum andern mol zu schreiben, so bin ich hie antroffen, do ich zu wasser nach elend in diser rechten zeit zu iagen furgenumen. Sopald ich aber wider nach Kunigspurgk kum und von euch nicht verstendiget werde, das irs bekumen, wil ich alles wider erwidern etc. Das ir aber etwas spat beantwortet, ist dy ursach, das ich rat gefunden und gleichwol dy sach bey euch vordern wollen.

Was nun den zug kegen Rangnet angehet, seit ir falsch berichtet, ist mihr auch nicht muglich gewesen. Wils aber Got, werde ich umb Egidy[1] nicht weit von do sein, und ehe ich dohin zeicht, wil ichs euch zuvohr durch eigen bost zuschreiben, und ruhet nun in ewerm bedencken, ab und wen ir ewern diner zu mihr schicken wollet etc.

K.mt., m.g.h., schreiben anderst nichts an mich als was ro.k.mt.[2] an s.mt. des krigsgeschreies halber geschriben und wy es mit Marg al zugangen, wy es den ir auch mihr mitdeilen thut, hab aber der acht noch kein abschrift gesehen etc.

Das ir auch mit gotlicher hilfe verhoffet, das nach anfang dises monents, wy man rechne, gute froliche zeitung von unsser g.fr., der kunigin[3], ich, wy alle sachen Got der ewige vatter geschicket, bekumen solle, da bitte ich Got auch deglichs herczlichen umb, [*p. 2*] das er seine gnad darzu reichlich ausschutten wolle und neben allen k.mt.$^{en}$ und der loblichen Kron allen unterdanen mich auch erfrewen, das alles glucklich und wol zugehe zu gotlichem lob, ehre und preise, yren mt.$^{en}$ und uns allen, irer mt.$^{en}$ getrewen unterdonen, zum segen, gluck, heile und wolfart. Amen. Und wolle mich auch kein anders erfaren lassen.

Der newen zeitung und mitdeilens hern Sigmunden von Hewersstein schreibens thu ich mich bedancken. Mochte aber, so es Gottes willen wehre, gern und wol leiden, sy wern auf meins vettern und sons[4] seiten besser, doch so geschehe Gottes willen. Amen.

So ist auch wol vonnoten, gut acht zu haben auf des wallachischen boten werbung und bitte, darauf den k.mt. ku[niglich], furstlich und weislich geantwort, und wol vonnoten thut, dem Wallachen auch selbst nicht nachdeilich. Got gebe seine gnad darzu.

Das ir mihr auch sunsten mehr zu schreiben, doch bis auf negste bosten verschiben thut, wil ich der zeit auch gern erwarten.

Zum hogsten thu ich mich auch bedancken des zugeschickten zettels, meiner g.fr., der kunigin, gepurtdesdag, und wil herczlich gern und mit begirden erwarten des, so nach ervolgen solle. Wil auch wol zufriden sein des, so ro.k.mt. nicht zugeben wollen, wywol es nicht geschadet, so ichs bekumen, den es irer mt. ane alle gefahr sein solle etc.

Ir werdet hie ein ubersehen finden mit dem umblegen des papirs, habe es aber verzeichent, das es nicht irren sol, mit a, b etc. Bitte umb verzeihung, den es in der eile beschehen, und befele euch hiemit dem lieben Got und bitte, ir wollet meiner bey allen k.mt.$^{en}$ im besten gedencken mit unterdenigem grus, wunsch und erbitung etc. und mich iren mt.$^{en}$ befelen etc.

Ich schicke an k.mt., m.g.h., meinen rat und diner Aswerum Prant in sachen der greniczen und des messens, wy ir von im vernemen werdet. Bitte auch gancz fleissig, das ir wollet [*p. 3*] ratlich und hilflich sein und bey k.mt. neben dem hern untercanczler[5] helfen, bey k.mt. vorde[r]n, das doch einmol dy grenicz k.mt. gnediger vertrostung nach moge iren vortgangk haben und das messen der ort, do mihr dy grenicz von Got und recht zukumbt, abgeschlossen werde, den wahrlich wurt nicht k.mt. bestes gesucht, sunder fylmehr, wy solche buben dy armen leut scheczen und ynen das ier nemen. Daruber noch Got straffen wurt etc. So k.mt. wusten der buben frefel, so weisse ich, das ire mt. als ein gerechter kunig den buben solchs nicht gestaten wurden. S.mt. aber wolle es nicht glauben und lassen sich fyl eines andern bereden etc., doch wurts ier mt. mit der zeit auch erfaren. Mittlerweile gehets aber gleichwol, aber dy armen etc.

*In dorso manu ducis Alberti:* K.mt., meiner gnedi[g]sten frawen, hofmeister, herren Gabriel Darle etc., meinem guten freundt und gunner, zu eigner hant etc.

*Alia manu adscriptum:* 56.

1) *1.IX.*
2) *Ferdinandus I.*
3) *regina Catharina.*
4) *Albertus iunior, nepos ducis Alberti.*
5) *Ioannes Przerembski.*

*N. 4125.*

*Albertus dux in Prussia* — *E Regio Monte, 16.VIII.1554.*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
"praeparatorem tormentorum bellicorum" *ad tempus mittit; pollicetur se esse curaturum, ut rex* "eiusmodi artifices ex Germania propediem habeat".

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 777-778.*

*N. 4126.*

*E Regio Monte, 18.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"]*
*legatos Elbingensium, controversiam de religione cum episcopo Varmiensi habentium, commendat.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 778-779.*

Duci in Olika, XVIII Augusti.
Commendat legatos Elbingensium in negotio religionis.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis charissime.

Scire Illustritatem Vestram non dubitamus de controversia, quae Reverendo Domino Episcopo Warmiensi[1] cum senatu et civibus urbis Elbingensis intercedit ratione veri usus sacramentorum Christi et praeterea rituum ecclesiasticorum. In quo cum se in dies magis magisque praegravari et conscientiis suis frena iniici intelligant, petiverunt a nobis, ut proficiscentibus hisce ad S. Regiam Maiestatem legatis ipsorum literas nostras commendaticias ad Illustritatem Vestram daremus, eo quod post Deum in solam Illustritatem Vestram spem caussae suae omnem collocent et nostram illis intercessionem pro ea, quae nobis cum Illustritate Vestra est amicitia, plurimum profuturam confidant, tum quod Illustritatem Vestram [*f. 779*] sciant verae et purioris de Christo doctrinae confessorem et propagatorem esse. Itaque iustis ipsorum precibus et causae ipsius aequitate moti, amice et fraterne Illustritatem Vestram rogatam habemus, ut hosce legatos Elbingensium sibi commendatos habere caussaeque ipsorum benigne patrocinari dignetur, ne novis contra conscientiam oneribus premantur, aut lucem eam, quam ab aliquot iam annis pie amplexi sunt, abnegare rursus cogantur. Pluribus haec ab Illustritate Vestra peteremus, nisi antea illam negotio huic aequam esse sciremus. Factura autem Illustritas Vestra opus pium, nobis gratum, se vero tanquam homine christiano dignum. Quod amicis quoque et fraternis studiis nostris demereri non intermittemus. Ipsos autem Elbingenses perpetua inde gratitudine sibi devinciet. Quod superest etc. Datae Regio Monte etc.

A.M.

1) *Stanislaus Hosius.*

*N. 4127.*

*S.l., 18.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*rogat, ut legatos civitatis Elbingensis, ab episcopo Varmiensi in rebus religionis vexatae, regi commendet.*
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 226-226v.*

An Gabriel Terla, den 18 Augusti 54.

Wir mögen euch gnediger meinung nicht bergen, das ein erbar rath der stadt Elbing uns durch zeigere, ire abgesandten, hohen fleises bitten und

anlangen lassen, nachdem sie von dem bischoff zu Ermelandt[1] zum höchsten wegen des sacraments unter beyder gestalt und sonst anderer kirchenceremonien hart (f. 226v) bedrangt, derhalben sie dan umb gnedigen schutz und einsehung dismals die ko.mt. anfallen musten, wir wolten inen zu furderung irer cristlichen und rechtmessigen sachen unsere furschrift an eur person mittheilen, welchs wir in ansehung irer pillichen bith, auch das es ein cristlicher handel, inen keinswegs abzuschlagen gewust. Ist demnach an euch unser gnediges begeren, ir wollet euch bemelte dero von Elbing abgesandte in allem guten lassen bevolhen sein, iren cristlichen billichen handel dermassen bey der ko.mt. vortstellen helfen, domit die guten leuthe in irem gewissen nicht gebunden, sonder bey den ceremonien und gebrauch der sacrament bleiben, wie dieselben nun ein zeitlang von inen cristlich gehalten, euch in deme unbeschwert erzeigen. Daran thut ir Gott zuforderst ein angenehmes werck und uns zu hohem gefallen. So wirts ein erbar rath und die gantze gemein gedachter stadt etc.

An. Monzer.

1) *Stanislaus Hosius.*

*N. 4128.*

*Albertus dux in Prussia* *S.l., 23.VIII.1554.*
*Bonae reginae Poloniae*
*mittit responsum regis Suetiae in causa matrimonii filii eiusdem regis cum una ex filiabus reginae.*

*Cfr. El. XXXI, NN. 632, 633.*

*Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 422-423.*

Reginae Poloniae seniori, den 23 Augusti anno 54.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Quandoquidem me Serenissimi Suetiae Regis[1] animum de matrimonio filii[2] Serenitatis Suae cum una ex filiabus S. Reginali[s] Vestrae Maiestatis contrahendo tentaturum recepi, itaque internuntium quendam meum ablegavi. Is [*f. 423*] quid responsi in literis retulerit, ex vernacula in Latinam linguam translatum S. Reginali Vestrae Maiestati mitto. Ex eo Maiestas Vestra, quo in cardine negotium hoc vertatur, facile intelliget. Quod si porro res ita tulerit, ut mea in eo opera commodare aliquid possim, quantum sane potero, nihil studii, laboris seu diligentiae in me desiderari patiar.

Andreas Muntzer.

1) *Gustavus I.*
2) *scil. Erici vel Ioannis.*

*N. 4129.*

*S.l., 25.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*duos rotifices regi mittit.*

*Ostpr. Fol., vol., 45, f. 227.*

An hern Terla, den 25 Augusti 54.

Nachdem wir der ko.mt. etc. zu Polan etc. unter anderm auch solche radtmacher, welche die reder und anders dergleichen arbeit, so zum groben geschutz dinlich, hinauf gegen der Willn zu befördern uns erbothen, als haben wir dise zwen radtmacher, welche auch in unser[m] zeughaus gearbeitet, darzu bereden lassen und sie an euch zu verschreiben fur guth angesehen. Ist demnach an euch unser gnediges begeren, ir wollet sie ferner, damit sie zur arbeit gelangen und ire notturftige underhaltung haben mugen, befördern, sie auch in gutem bevelich haben, des versehens, sie ire arbeit dergestaldt als inen solchs auferlegt, zuzurichten, nit unterlassen werden. Und haben euch solchs etc.

Burgg[ravius] aud[ivit].
G. Schultz

*N. 4130.*

*E Regio Monte, 30.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*castellanae Covaliensi [Ursulae de Sieprc Lwowska]*
*nuntiat se Theophilo de Polentz* (de Polentis) *severe iniunxisse, ut subditos profugos una cum rebus ablatis ei extraderet.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1453.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 779-780.*

*N. 4131.*

*E Regio Monte, 30.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*palatino Vilnensi [Nicolao Radziwiłł "Nigro"] et Trocensi [Nicolao Radziwiłł "Rufo"]*
*pro Ioanne Łoknicki,* "qui de caede cuiusdam nobilis Poloni Vilnae in tumultu quodam nocturno interfecti accusatur capitisque reus agitur", *intercedit et rogat, ut auctoritate sua efficiat, quo pars offensa placari possit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 780-781.*

*N. 4132.*

*S.l., 31.VIII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*excusat se, quod ob dolorem digitorum litteris manu propria subscribere non potuerit; armifactorem a rege postulatum se per Andream Hess, armifactorem suum, regi procuraturum esse sperat; in negotio Ragnetae tractato*

*regi satisfacere promittit; reginae prolem exspectanti omnia fausta et felicia exoptat; pro auxilio Assuero Brandt, consiliario suo, in expediendis negotiis ei commissis exhibito gratias agit; Erhardum a Kunheim commendat.*

*Cfr. El. XLIII, N. 162.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 227v-229v.*

An Gabriel Terla, den letzten Augusti 54.

Wir haben euer schreiben, den 25 Augusti zur Wilna ausgangen, bekommen und lesendt verstanden. Das wir euch nun darauf mit eigner handt nicht beantworten, begeren wir gnedigst, ir uns derhalben entschuldigt haben wollet, dan uns etzlicher massen fingerwehe davon abgehalten.

Das nun die ko.mt. unser bedencken der hebzeug halben, auch den zeugmeister betreffendt, dene wir s.ko.mt. zuzehandlen verhoffen, in gnaden angenohmen und die dinge dahin achten, das wir sy so treulich, als ob sie unser eigen weren, befurdern wurden, horen wir hertzlich gerne. Ire ko.mt. sollen auch keinen zweifel tragen, das wir nicht allein in disem, sonder in allem anderm, des uns moglichen, der ko.mt. bestes zu fordern und vortzusetzen, jederzeit zum hochsten geneigt und begirig, wie wir uns dan versehen, die ko.mt. in disen geringen dingen selbst das [*f. 228*] wergk spuren, dan wir warlichen nit feyren, besonder stetigs nach leuthen, die s.ko.mt. dinstlich sein möchten, trachten, an s.ko.mt. verfertigen. So haben wir auch mitlerweil nach einem, der mit den buchsengefessen umbgehen kan, getrachtet. Wo nun der, welchen wir der ko.mt. zugeschigkt, irer mt. nicht gefellig, und wir solchs berichtet, wollen wir irer mt. einen andern zufertigen.

Was aber den zeugmeister angehet, versehen wir uns gentzlichen, vermittels unsers zeugmeisters Enderlein Hessen (der der ko.mt. gewisse mit underthenigem willen gern dienet) förderung, einen zu bekommen, damit die ko.mt. versorgt sein mugen. Wollen auch in disem, sowol als im andern, an nichten erwinden lassen.

Dye bewusten und zu Ragnit abgeredten sachen angehende, in denselben wollen wir uns höflich auch dermassen erzeigen, darob die ko.mt. daran nit unpillich ko[nigli]ch gefallen zu tragen.

[*228v*] Ferner seindt wir eures dieners in bewusten sachen gewertig, aber dabey wol zufriden, das ir inen so lang ufhaldet, bis der liebe Gott die cum tittulo konigin[1] irer freulichen burden entbunden, und bitten den lieben Gott mit unserm fleissigen gebeth hertzlichen, weil derselbe irer ko.mt. aus gnaden dermassen gesegnet, das auch seine gotliche kraft stets und immer bey irer mt. sein wolle, damit sie desselben gotlichen segens in gnaden genösen, und nicht allein bede ko.mt., sonder die gantze lobliche Cron sampt iren zugehorigen und zugethanen landen und furstenthumbe[r]n mögen erfreuet werden. Begeren aber gnedigst, ir wollet uns je, wie es der liebe Gott schicken wirt, unseumlichen verstendigen, uff das wir uns mit iren mt. erfreuen und dem Allerhochsten fur seine g[nade] embsigen danck sagen mugen.

Das ir auch dem erbarn unserm hauptman zu Tapiau, rath und lieben etc. Asuero Branden, in unsern sachen und hendeln inretig und förderlich gewesen, thun wir uns in gnaden bedancken, und wirdt derselb heut bey uns ankomen, da wir aller gelegenheit bericht zu empfahen. Weil uns aber diser both fur die handt gestossen, haben wir euch auch, ehe wir unsern diener, den Branden, gehoret, mit disem schreiben ersuchen wollen.

Hirneben fugen wir euch gnediglichen zu vernehmen, das wir weylandt des erbarn raths und gar lieben getreuen dieners Georg von Kunheims seligen son, Erharden von Kunheim, an den ko[niglichen] hoff an herrn undercantzler[2] befördert, und wiewol wir wissen, ir mit gemeltem Georg von Kunheim seligen in der verwantnuss gestanden, das ir ohne einige commendation die seinen zu befördern gewogen, waren wir doch bedacht, ine euch auch zu bevelhen. Weil aber solchs in seiner abfertigung vergessen, haben wir derwegen euch disfals itzo zu versuchen nit unterlassen wöllen. Und begeren gantz gendiglichen, ir wollet gedochten von Kunheim umb unsernt willen in gunstigem bevelich haben [*f. 229v*] und ine befordern, damit er als ein junger gesell etwas sehen und lernen muge, versehenlich er solde sich in seiner dinstbarkeit auch dermassen erzeigen, darob die ko.mt. ein g[nedige]s und die andern herschaften sampt euch ein gutes gefallen in ime zu haben. Und wir seints gegen euch g[nedigliche]n zu beschulden gewogen etc.

B. Gans

1) *Catharina.*
2) *Ioannes Przerembski.*

*N. 4133.*

*E Regio Monte, 1.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*litteras regias una cum exemplo litterarum regis Romanorum se accepisse nuntiat et de translatis in Inferiorem Germaniam copiis gaudere, asserit tamen nimiam propterea securitatem periculosam esse.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 781-782.*

Regi Poloniae, I Septembris.
Agit gratias pro iis, quae de translatis copiis in Inferiorem Germaniam scribit.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Literas S. Regiae Vestrae Maiestatis, Vilnae prima Augusti datas, cum literarum Serenissimi Romanorum Regis[1] exemplo accepi, atque ea, quae de reductis ad Inferiorem Germaniam militum copiis scribit, sub eandem fere [*f. 782*] sententiam ad me quoque perlata sunt, ut spes sit Deo auxiliante nihil partibus hisce nunc periculi imminere. Quamvis propterea securos esse non convenit. Neque enim faces eiusmodi bellorum penitus ita extinguuntur, ut non recandescere possint. Si quid autem de his vel quibusvis aliis, quae scire Maiestatem Vestram referat, cognovero, illorum omnium, sicut consuevi, Maiestatem Vestram certiorem facere non praetermittam. Orandus autem est Deus, ut quae diversis adhuc in partibus Orbis Christiani bellorum tumultibus perstrepunt, illa ad honorem et laudem nominis sui pacata et tranquilla esse velit. Quod superest, opto, ut S. Regia Vestra Maiestas cum Serenissima sua coniuge[2] incolumem vitam vivat rebusque laetis et secundis quam diutissime perfruatur. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Ferdinandus I.*
2) *Catharina.*

*N. 4134.*

*E Regio Monte, 1.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"]*
*Laurentium Fentzell, negotiorum suorum causa ad regem proficiscentem, commendat et petit, ut ipsi in negotiis eius* "iustis et honestis" *regio favore adesse velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 782-783.*

*N. 4135.*

*E Regio Monte, 4.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*petit extraditionem Samsonis Skrzynecki, transfugae Bohemi, qui propter patratum homicidium in Regio Monte detentus, carceribus effractis Marienburgum aufugit et, obtento salvo conductu, ibi nunc commoratur; si vero regi secus videatur, rogat, ut Marienburgi detineatur et consanguineis interempti iustitia administretur.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 783-785.*

Regi Poloniae, IIII Septembris.
Petit transfugam Bohemum, qui carceres effregit, Marieburgo Regiomontem duci, siquidem causae dictio iam eo in negotio ibi coepta sit. Ubi vero S. Regia Maiestas facere hoc recusaverit, petit Marieburgi iustitiam administrari.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Detentus est hic aliquandiu in vinculis Samson Skzrinetzki, Bohemus, qui in quodam conflictu privato quendam consiliariorum meorum gladio confossum vita privavit. Contra quem dum frater interempti cum propinquis suis [*f. 784*] iustitiam sibi administrari petit, atque ita negotium illud iuris processu nonnihil extrahitur, Bohemus iste carceribus effractis cum custode suo fuga sibi consuluit atque Marieburgum usque pervenit, ubi a Magnifico Domino Thesaurario Stanislao Kostka etc. salvus conductus ei datus est. Cum autem per eos, qui illum insequuti erant, nomine meo a Domino Thesaurario petitum esset, ut illum ad ius prosequendum, quandoquidem iam processus causae sub mea iurisdictione coeptus esset, ad effractos carceres huc remitteret, renuit illud facere Dominus Thesaurarius, responditque causas eiusmodi non ad suum, sed vicecapitanei officium pertinere. Atque ita rem in vicecapitaneum reiecit et Marieburgo discessit. Requisitus autem et eo nomine vicecapitaneus, respondit citra S. Regiae Vestrae Maiestatis iussum illud sibi non licere. Quoniam vero consanguinei interempti consiliarii mei iustitiam sibi administrari et captivum vinculis restitui a me petunt instantque, rogatam S. Regiam Vestram Maiestatem habeo, ut vicecapitaneo Marienburgensi mandet, ut dictum Sczrinetzki ad postulata mea extradat atque huc perduci sinat.

Si vero S. Regia Vestra Maiestas huic meae petitioni (quod tamen fore non suspicor) locum dare recusaverit, peto, ut transfugam Bohemum in diligenti custodia Marieburgi detineri et ius contra illum petentibus sine aliqua procrastinatione dici, custodem vero, qui una hinc cum illo aufugit et effractae custodiae causa est, atque ita beneficio salvi conductus de facto excidit, ad me sine aliqua mora remitti iubeat, ut merito supplicio afficiatur, sicut mandaturam haec esse Maiestatem Vestram non dubito. Ne si id non fiat et Bohemus elabatur, periculi aliquid tam ad S. Regiae Vestrae Maiestatis, quam meos subditos, [*f. 785*] sicut Vestra Maiestas prudentius me illud intelligit, ex parte consanguineorum interempti consiliarii mei redundet. Factura S. Regia Vestra Maiestas rem per se aequam, mihi vero gratissimam et pari in casu vicissim demerendam. Quod reliquum est, opto S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere. Datae Regiomonti.

Commissio Principis propria
A.M.

*N. 4136.*

*E Regio Monte, 4.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*rogat, ut mandata regia ad officiales Marienburgenses impetrare studeat, quorum auctoritate profugum Bohemum, carceris effractorem, sibi extradere adigantur (cfr. N. praeced.).*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 785-786.*

*N. 4137.*

*E Regio Monte, 6.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro responso legato suo dato gratias agit.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 786-787.*

Regi Poloniae, VI Septembris.
Agit gratias pro iis, quae per legatum respondere dignata est [Regia Maiestas].

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Ex nuntio meo, nobili Assuero Brandt, intellexi, quid Maiestas Vestra ad ea, quae nomine meo ei retulit, responderit. Cumque animadvertam non nisi clementer a Maiestate Vestra illa omnia accepta esse, meritas illi gratias ago. Ac sane quantum in me erit et quoad licuerit, negotia haec ita, ut postulat Maiestas Vestra, diligenter curabo.

Ceterum quod per eundem legatum meum liberalem mihi spem fecerit eorum negotiorum, quae ex parte Magni Ducatus Lithuaniae pactis et foe-

deribus derogare videntur, atque illa sub Comitiorum Lithuanicorum tempus curaturam benigne promiserit, [*f. 787*] facit in eo Maiestas Vestra pro singulari suo in me amore. Quam etsi per se mei memorem esse intelligo, rogatam tamen S. Regiam Vestram Maiestatem habeo, ut cum tempus Comitiorum appetet, clementem hac ex parte mei meorumque rationem habere dignetur. Factura Maiestas Vestra rem per se aequam, mihi vero perpetua gratitudine demerendam. Quod reliquum est, opto S. Regiae Vestrae Maiestati longam et incolumem valetudinem rerumque omnium felicissimos successus. Datae Regiomonti.

A.M.

*N. 4138.*

*E Regio Monte, 6.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"]*
*gratias agit, quod negotia, legato suo, Assuero Brandt, commissa, promoverit.*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 787-788.*

*N. 4139.*

*E Regio Monte, 6.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,*
*de Erhardo a Kunheim regi commendato futuro gaudet; pro negotiorum Valentini Herman, comitissae Hennebergensis et matronae Bohemicae promotione, et quod nuntio suo, Assuero Brandt, consilio et opera adfuerit, gratias agit.*
*Cfr. El. XL, NN. 1456, 1457.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 788-789.*

Vicecancellario Przerenski, VI Septembris.
Agit gratias, quod Erhardum a Kunheim commendatum habiturus est. Item de negotio Valentini Herman procurato. Item pro communicato consilio de gravaminibus ex parte Magni Ducatus. Item de revocatis limitatoribus et promota causa Bohemicae matronae.

Generose, Amice singulariter nobis dilecte.
Binas sub eodem tempore a Reverenda Generositate Vestra literas accepimus. Quarum alteris quod nobilem Erhardum a Kunheim commendatum sibi fore scribit, in eo rem nobis Reverenda Generositas Vestra pergratam factura est. Confidimus etiam eum ipsum Erhardum tandem se praestiturum esse, ut expectationi Reverendae Generositatis Vestrae et nostrae quoque de ipso spei conceptae respondeat.

Quod Valentini Herman negotium curae sibi esse scribit, suam quoque operam in revocandis finitoribus terrae Coadiuten haud gravatim impenderit, in eo benevolentiam Reverendae Generositatis Vestrae magis magis-

que perspicimus, estque nobis hoc [*f. 789*] illius in nos studium longe gratissimum. Utemur etiam consilio Reverendae Generositatis Vestrae in iis, quae de Lithuanicis contra pacta et foedera iniuriis questi sumus, ac sub Comitiorum tempus nostrorum istuc aliquem ablegabimus, cui defuturam Reverendam Generositatem Vestram minime tum esse speramus.

Causam Comitissae Hennebergensis et negotium matronae Bohemicae[1] ita, ut petivimus, curatum a Reverenda Generositate Vestra esse, aeque ac priora omnia, grato animo accipimus. Nec dubitamus, [si] ita casus tulerit, ut iis in negotiis porro opera Reverendae Generositatis Vestrae opus nobis fuerit, illam benigne, pollicitationis suae non immemorem, haud gravatim illud oneris subituram esse.

Quod posterioribus literis significat se nobili Assuero Brandt, nuntio nostro, ad ea, quae agi per illum voluimus, consilio et opera adfuisse, id luculenter ex eodem ipso etiam legato nostro intelleximus. Cumque in iis omnibus eam, quam inde ab initio de Reverenda Generositate Vestra spem concepimus, comprobari animadvertamus, multis sane argumentis et singulari quodam benevolentiae studio nos sibi devincit, ut nullo pacto commissuri simus, quin, ubi se ita obtulerit occasio, quo animo illa omnia accipiamus, re ipsa intelliget. Cumque Reverendam Generositatem Vestram studiosissimam esse nostri sciamus, persuasum nobis habebimus nostra ei negotia porro etiam fore commendatissima. De nobis non nisi optima, quoad rationes nostrae patiuntur, sibi ut persuadeat, volumus. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *uxor Gulielmi Skrzynecki.*

*N. 4140.*

*E Regio Monte, 18.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*pro Reinholdo Cracaw, ab Alberto Raczkowski* (Ratzkowski), *aurifabro Cracoviensi, privilegiis suis fraudulenter privato et iterum in iis a rege restituto, Cracoviam ad recuperandas privilegii sui litteras proficiscente, intercedit.*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol., 54, f. 790.*

*N. 4141.*

*E Regio Monte, 18.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*senatui Cracoviensi*
*pro Reinholdo Cracaw, ab Alberto Raczkowski, aurifabro Cracoviensi, fraudulenter privilegiis spoliato (cfr. N. praeced.).*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 791-792.*

*N. 4142.*

*E Regio Monte, 22.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Bonae et Catharinae reginis Poloniae*
*ad nuptias filiae suae Annae Sophiae cum Ioanne Alberto duce Megapolensi, dominica Esto mihi a. 1555 [24.II] in Ducatu Megapolensi celebrandas, eos invitat.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXI, NN. 637, 639.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 792-793.*

*N. 4143.*

*S.l., 25.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*armifactorem et alios fabros regi prospicere et suppeditare cupiens, nuntiat se de hoc negotio ad armifactorem ducis Saxoniae, Ioannem Denck, et armifactorem suum, Andream Hess, peregre nunc morantem, scripsisse et responsum ab eis accepisse; petit, ut eiusmodi responsum eorum, quod mittit, regi porrigat.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 230v-231.*

*N. 4144.*

*S.l., 26.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*de Masovitis quibusdam ex oppidis Wizna, Kolno et Wąsosz, qui in silvis suis per 16 iam annos feras et mella furati sunt, queritur et rogat, ut causae huius regem admoneat, quo dicti nebulones facinorum suorum meritas tandem poenas luant. (cfr. N. 4145).*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 231v-232.*

*N. 4145.*

*E Regio Monte, 27.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*de furibus ferarum supplicio afficiendis.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 793-794.*

Regi Poloniae, XXVII Septembris.

Petit capitaneis Colnensi et Visnensi mandari, ut fures ferarum supplicio afficiant.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Latere S. Regiam Vestram Maiestatem nolo deprehensos esse non ita pridem quosdam S. Regiae Vestrae Maiestatis subditos in silvis meis, qui multo iam tempore feras furtim iaculando insectati sunt et mella ex alveariis sustulerunt. Qui cum supplicio afficiendi essent, alter ex illis, et quidem totius societatis antesignanus, confessus est praesente S. Regiae [*f. 794*] Vestrae Maiestatis vicecapitaneo Colnensi, esse praeterea adhuc decem et quattuor ex collegis suis sub praefecturis S. Regiae Vestrae Maiestatis Visnensi scilicet et Colnensi, qui annis sedecim coniurati feras et mella in S. Regiae Vestrae Maiestatis et meis nemoribus depraedati essent atque inde magno cum utriusque nostrum incommodo quaestum suum egissent. Quorum nomina ab ipso edita schedula hisce inclusa habet.

Requisitus autem de administranda in illos iustitia capitaneus Colonensis[z)] respondit, tantum in illos iuris, cum se nonnulli nobiles dictitarent, citra speciale Maiestatis Vestrae mandatum non competere. Scripturum se autem esse ad Maiestatem Vestram, ut et capitaneo Visnensi et sibi in illos propter tantum tot annorum tempore perpetratum facinus animadvertendi mandatum daretur. Quo accepto illico se id, quod iuris est, facturum. Etsi autem dubium mihi non est S. Regiam Vestram Maiestatem, rei ipsius indignitate motam, ad extirpandam illam societatem mandata eiusmodi perlibenter edituram esse, tamen ne dum factum adhuc recens est, executio in moram aliquam excrescat, aut sontes admoniti se subducant, rogatam S. Regiam Vestram Maiestatem habeo, ut sui ipsius commodi causa ius in fures illos primo quoque tempore dici mandet atque ita et sua et mea nemora ab eiusmodi praedatoribus tandem repurget. Factura S. Regia Vestra [Maiestas] ex sua ipsius re, mihi vero gratissimum. Datae Regiomonti.

A.M.

z) *sic in ms.*

*N. 4146.*

*E Regio Monte, 27.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*rogat, ut commissiones finibus inter Ducatum Prussiae et Masoviam regundis renovare velit.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 796-797.*

Regi Poloniae, XXVII Septembris.

Petit commissiones regundis finibus inter Prussiae terras et Mazoviam renovari.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quandoquidem negotium regundorum quorundam finium inter eam Prussiae partem, quae immediate S. Regiae Vestrae Maiestati subiacet, et Ducatum hunc meum Gedani nuper quibusdam ex harum terrarum Maiestatis Vestrae consiliariis iniunctum, variis intervenientibus remoris hactenus intermissum est, atque ita commissiones tum temporis a S. Regia

Vestra Maiestate datae apud nonnullos consenuisse videri possent, res vero ipsa postulat, ut nunc tandem de finibus eiusmodi lustrandis exordium fiat, duxi S. Regiam Vestram Maiestatem officiosissime orandam esse, primo ut iuxta schedulam hisce inclusam ad singulos commissarios, Gedani nuper ordinatos vel ex placito S. Regiae Vestrae Maiestatis alios in eorum locum substitutos, novas commissiones edi clementer iubeat ac peculiaribus quoque commissionibus singulis praefectis et subditis atque iis omnibus, quorum interest quosque finium controversiae concernunt, mandet, ut ad diem assignatum quilibet praefectus in suo districtu praesto sit, subditosque loci controversi ad hoc vocet, ut quid commissarii acturi et transacturi sint, videant audiantque, ne in posterum ignorantiae praetendendae quis causas habeat, sed ordinationi commissariorum utrinque stetur.

De die autem descendendi ad fines districtuum Maiestatis Vestrae Brethicensis, deinde et territorii Roghausen, inter commissarios iam (sicut in schedula patet) conventum est. Expedit autem, ut S. Regia Vestra Maiestas in novis commissionibus illum [*f. 797*] quoque assignari nihilominus iubeat. In reliquis vero, ut est districtus Strasburgensis, Lauterbergensis et villae in praefectura Stumensi, quoniam de die conventum adhuc non est, iniungat, oro, commissariis suis Maiestas Vestra, ut de diebus constituendis mecum conveniant.

In negotio etiam finium Mazoviae, quoniam illud per intervenientem Domini Palatini Plocensis[1] mortem absolvi non potuit atque in vernum usque tempus reiectum est, nova quoque commissione atque alterius alicuius in Palatini Plocensis locum substitutione opus esse duco. Quam ut una edi atque cum hoc tabellione ad me perferri mandet, oro. Factura in hoc S. Regia Vestra Maiestas ad tollenda omnis generis inter subditos incommoda rem valde salutarem ac se meque multis liberatura est molestiis. Quod superest, opto S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere. Datae Regio Monte.

A.M.

1) *Felix Srzeński.*

*N. 4147.*

*E Regio Monte, 27.IX.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*episcopo Samogitiae [Venceslao Wierzbicki]*
*pro fratre suo marchione Gulielmo, archiepiscopo Rigensi, qui pro aulae suae necessitate aliquot pannos Gedani per factorem coemit et illos per Samogitiam portandos disposuit, intercedit et rogat, ut eiusmodi pannos sine telonei in Połąga* (Palangen) *solutione factor archiepiscopi transvehere possit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 794-795.*

*N. 4148.*

*E Regio Monte, 15.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*regi Angliae [Philippo]*
*de matrimonio cum regina Angliae [Maria] inito gratulatur; octo falcones dono mittit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 797-799.*

*N. 4149.*

*E Regio Monte, 15.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*reginae Angliae [Mariae]*
*pro Laurentio Fentzell.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 806-809.*

Reginae Angliae, XV Octobris.
Pro Laurentio Ventzell.

Serenissima Regina, Potentissima Princeps, Domina et Affinis Honoranda.

Reversus ad nos cum literis Serenitatis Vestrae honestus Laurentius Ventzell, servitor noster, retulit nobis frugiferam illi intercessionem [*f. 807*] nostram apud Serenitatem Vestram fuisse, ita ut nostris aliorumque Principum precibus adducta promiserit ei bona sua, in commissum redacta, restituere. Pro qua Serenitatis Vestrae benevolentia et quod bono illi viro tam liberalem spem nostri causa fecerit, eas, quas debemus, gratias agimus. Ac vicissim in eo demerendo nihil in nobis desiderari patiemur. Inter reliqua autem idem Laurentius Ventzel nobis exposuit, praeter expectationem suam et contra liberalem Serenitatis Vestrae pollicitationem se bona sua ab illis, quorum custodiae commissa sunt, consequi non posse. Quoniam vero persuasum nobis habemus inscia haec Serenitate Vestra fieri, praetermittere noluimus, quin denuo bonum virum Serenitati Vestrae commendaremus. Itaque studio quo possumus maximo Serenitatem Vestram rogatam habemus, pro sua in nos benevolentia clementer iuvare et mandare dignetur, ut bona ex commisso libera manibus illius Ventzell restituantur.

Intelleximus praeterea ex eo ipso servitore nostro, esse sibi ex munificentia Serenissimi Regis Angliae piae memoriae, fratris Serenitatis Vestrae charissimi[1]), promissiones quasdam optima spe factas. Quarum tamen determinationem, magnis suis [*f. 808*] sumptibus toto triennio expectatam, ipsa re nondum obtinuerit. Ne autem bonus vir spe liberaliter sibi facta omnino excidat, sed gloriari de illa aliqua ex parte honorifice possit, petimus Serenitatem Vestram quam reverenter, velit insuper nostris illud addere precibus atque ipsi Laurentio (quemadmodum antea iam ab ipso quoque petitum est) concedere, ut liceat ei quattuor millia pannorum alborum de omni genere, imparatorum adhuc, sicut ex officina fullonia mittuntur, cum gratia Serenitatis Vestrae ex Regno illius vehere, idque sub tali

tantum theloneo, quale liberi Anglicani de vulgaribus pannis Londinensibus iam paratis pendere aut solvere consueverunt. Illud si a Serenitate Vestra, uti persuasum nobis habemus, intercessione hac nostra impetrare poterimus, sane magni muneris loco reputabimus ac quovis gratificandi genere gratitudinem ei nostram declarare non intermittemus. Eo autem facilius illud obtenturos esse nos speramus, quod scimus citra enorme aliquod incommodum Serenitatis Vestrae esse, tum quod idem Laurentius asserit hoc ipsum esse, quod Serenissimus Serenitatis Vestrae piae recordationis [frater] se ei concessurum spem fecerat. Idque eo tempore, cum ipse eius Serenitati varias instrumentorum bellicorum formas, quae mille et centum coronatos in auro constiterant, obtulisset, utque Serenitas Vestra illius gratitudinem pro illa ipsa clementi promissione fratris Serenitatis Vestrae experiatur, constituit artificiosum illum armamentorum bellicorum apparatum Serenissimo coniugi Serenitatis Vestrae[2] dono dare, idque ea de causa, ne in aliorum manus illo non dignas perveniat. Itaque iterum atque iterum Serenitatem Vestram [*f. 809*] et officiose et amanter petimus, ut nostrae illud intercessioni det, quod boni illius viri nomine oramus. Namque illud in eum locum reponemus, ac si nobis ipsis ab Serenitate Vestra praestitum esset. Ac digna Serenitatis Vestrae memoria demereri enitemur. His Serenitatem Vestram protectioni divinae cum Serenissimo coniuge suo, nos vero favori Serenitatis Vestrae commendamus. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Eduardus VI.*
2) *Philippus II.*

*N. 4150.*

*E Regio Monte, 15.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*reginae Angliae [Mariae]*
*de matrimonio cum principe Hispaniarum [Philippo] inito gratulatur; octo falcones dono mittit.*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 799-801.*

*N. 4151.*

*E Regio Monte, 15.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gulielmo Pageto, reginae Angliae consiliario,*
*ad litteras suas, anno praeterito ad eum datas, et quattuor falconum missionem nullo responso accepto, hoc anno falcones mittere desinit* ("cum nobis non constet, an in vivis adhuc sit Magnificentia Vestra, aut ubinam nunc degat").
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 801.*

*N. 4152.*

*E Regio Monte, 15.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Stanislao Ostroróg, castellano Międzyrzecensi,*
*quattuor falcones mittit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1465.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 802.*

*N. 4153.*

*E Regio Monte, 15.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Iacobo Ostroróg*
*quattuor falcones mittit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1465.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 803.*

*N. 4154.*

*E Regio Monte, 15.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*regi Angliae [Philippo II]*
*pro Laurentio Fentzell (cfr. N. 4149).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 809-810.*

*N. 4155.*

*E Regio Monte, 15.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Eustathio Trepka*
*pro novis perscriptis gratias agit; de civibus Posnaniensibus [ab episcopo haereseos accusatis et condemnatis] liberatis gaudet.*

*Cfr. El. XLV, N. 113.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 804.*

Eustachio Trepka, XV Octobris.
Agit gratias pro iis, quae perscripsit.

Nobilis et Generose, fidelis nobis dilecte.

Literas Generositatis Tuae, XVIII Septembris proxime ad nos scriptas, accepimus. Ex quibus in primis cognitu nobis fuit gratissimum, quod

Generositas Tua salva et incolumis ad suos redierit, cum quibus ut diu sospitem vitam ducat, optamus. Quod vero de religionis negotio nobis applaudit, in eo fidele eius studium fidemque ex officio nobis debitam agnoscimus gratumque habemus, precamurque Deum, ut quae hoc in negotio coepta sunt, bono et optimo fine ad nominis sui gloriam et honorem terminet. Aeque iucundum nobis fuit auditu illud, quod de civibus Posnaniensibus ad nos scribit. Faxit Deus, ut quod plerique vero pietatis zelo istic agunt, constanter urgeant et propagandae veritati evangelicae operam suam navent. Quorum conatus Deum Optimum Maximum (quoniam res sua agitur) prosperaturum non dubitamus, utque ita fiat, nostris quoque precibus flagitare non intermissuri sumus. Quod reliquum est, clementer a Generositate Tua contendimus, ut in eiusmodi ad nos perscribendis nihil remittas. Qua in re factura est Generositas Tua pro fide et officio suo, nobis vero gratissimum. Datae Regiomonti.

A.M.

*N. 4156.*

*E Regio Monte, 15.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Łaski*
*pro scripto* "de usu Sacramentorum cenae dominicae", *per Gulielmum Gnapheum sibi misso, gratias agit, et quamquam* "theologiae tantum discipulum" *se profitetur, promittit opusculum hoc, oblata otii occasione, perlegere et sententiam suam de eo perscribere.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 805-806.*

Ioanni de Lasko, XV Octobris.
Agit gratias pro libro misso petitque, ut crebro scribat.

Reverende ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Redditae nobis sunt Reverendae Dominationis Vestrae literae per Gulielmum Gnapheum[1)] una cum scripto de usu Sacramentorum cenae dominicae incluso. Ad quas quod tardius respondimus, in causa fuerunt ardua et crebra negotia, quibus hactenus solito occupatiores fuimus, tum quod ipse Gnapheus, rationibus negotii sui absolute nondum determinatis, profectionem ad suos nunc primum instituerit. Intelleximus autem ex iisdem literis nuntiatum esse Reverendae Dominationi Vestrae, quod vocare[a)] illam ad nos decrevissemus, iam ei his prospectum esse de aedibus, causasque affert, cur venire non possit. Haec cuiusnam relatu ad Reverendam Dominationem Vestram pervenerint, nobis non constat, quandoquidem eiusmodi nihil mandasse nos cuiquam meminimus, tametsi Reverendae Dominationi Vestrae nonnisi optime volumus ac de veteri nostra in illam benevolentia nihil adhuc remisimus.

Agimus autem Reverendae Dominationi Vestrae gratias pro scripto suo nobis misso, de quo, cum theologiae tantum discipulum [nos] profiteamur, iudicare, [*f. 806*] sicut par est, nobis non est datum, tum quod per negotiorum multitudinem accurate perlegere adhuc illud nobis non licuit. Et quidem contenti sumus simplici expositione et intellectu de usu sacrosanctae cenae Domini, nitimurque verbis ab ipso doctore Christo praescriptis, videlicet: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, et hoc facite etc. Maiora nobis, professione non theologo, scrutari neque par est, neque convenit.

Tamen per otii aliquando occasionem non intermittemus cum qualicumque nostro iudicio scriptum illud in manus resumere et de illo, quantum ingenii nostri tenuitas feret, sententiam Reverendae Dominationi Vestrae nostram perscribere. Haec respondenda esse Reverendae Dominationi Vestrae ducebamus, petimusque, ut nos literis suis saepissime invisat ac rerum nunc Anglicarum statum, seu quae praeterea scire licuerit, nobis communicet. Factura nobis Reverenda Dominatio Vestra rem gratam ac benevolentia vicissim nostra demerendam. Cupimus tandem Reverendam Dominationem Vestram optime valere. Datae Regiomonti.

A.M.

a) *in margine.*

1) *theologus, a. 1535-1541 rector gymnasii Elbingensis.*

*N. 4157.*

*E Regio Monte, 16.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,*
*rogat, ut negotium, de quo ad regem scribit* ("de iure in sagittarios illos dicendo", *promoveat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 812.*

*N. 4158.*

*E Regio Monte, 16.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*episcopo Plocensi [Andreae Noskowski]*
*negotii regundorum finium ad vernum usque tempus dilationem* "propter varia subditorum inter se incommoda" *periculosam esse putat et rogat, ut operam dare velit,* "ut coeptum illud finium negotium ante venturam hiemem transigatur".

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1463.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 812-813.*

*N. 4159.*

*E Regio Monte, 16.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,*
*pro subdito suo Bernardo Heidenstein et aliis civibus Regiomontanis intercedit et rogat, ut ligna in nemoribus regiis ipsorum sumptibus elaborata libere, iuxta promissionem ipsis ab eo factam, dimittantur* ("Conquerun-

tur autem iidem subditi nostri se magno damno per iniustam illam lignorum detentionem affectos esse").

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 813-815.*

N. 4160.

*E Regio Monte, 16.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Stanislao Bojanowski, secretario regio,*
*de tam longo eius silentio valde miratur; nuntiat mortem palatini Plocensis capitaneique Marienburgensis [Felicis Szreński] et notum facit se ad capitaneatum Marienburgensem Stanislaum ab Ostroróg Regni vicecancellario iam commendasse; item significat nepotem suum, marchionem Albertum iuniorem,* "per belli fortunam omnibus suis bonis exutum esse".

*Cfr. El. XL, N. 1466.*

*(Ed. Th. Wotschke, Stanislaus Ostrorog, III, p. 111, in:* Zeitschrift der Hist. Gesellschaft für die Provinz Posen, Posen 1907).

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 810-811.*

Stanislao Boianowski, XVI Octobris.
Miratur, quod nihil literarum tam diu ab eo acceperit. Significat diem obiisse ultimum Palatinum Plocensem[1], in cuius locum surrogari cupit Dominum ab Ostrorok.

Nobilis et Generose, sincere nobis dilecte.

Quae causa sit, quod tanto tempore Generositas Vestra nihil ad nos literarum dederit, nobis non constat. Nos quidem illam aliquoties literis nostris invisissemus, sed quia ignoravimus, an Generositas Vestra in vivis adhuc esset, aut ubinam degeret, institutum illud nostrum intermittere coacti sumus. Quamquam fama publica ad nos perlatum est illam Cracoviae ex pinguibus sacerdotum praebendis vivere. Quae causa fortassis est, quod nostri oblivio eam ceperit. Sicut autem illud de Generositate Vestra, tanquam compatre nobis charissimo, non suspicamur, ita memoriam eius etiam nunquam deposuimus, testabimurque illam eo, quo quotannis consuevimus, argumento.

Ceterum scire Generositatem Vestram cupimus, Magnificum Dominum [*f. 811*] Palatinum Plocensem et Capiteneum Marienburgensem ultimum suum clausisse diem. In cuius locum, quantum ad capitaneatum Marienburgensem, cum Magnificum Dominum Stanislaum ab Ostrorok substitui perlibenter velimus, scripsimus ei, ut per suos hunc capitaneatum a S. Regia Maiestate peteret. Namque et nos iam eum Reverendo Domino Vicecancellario[2] hoc nomine commendavimus speramusque, si negotium ipse hoc urserit, commendationi nostrae locum aliquem fore. Itaque rogatam Generositatem Vestram habemus, ut hortator[a] ei ad hoc esse velit. Sane quantum in nobis est, fideliter iuvare illum non intermittemus. Est enim talis, quem hoc munere dignum iudicamus et viciniorem nobis fieri cuperemus.

Nova Generositati Vestrae libenter communicaremus, sed apud nos [non] nisi inveterata habentur. Scit procul dubio iam Generositas Vestra

Illustrem Dominum Marchionem Albertum, nepotem nostrum, per belli fortunam omnibus suis bonis exutum esse. Cuius vicem sicut merito dolemus, ita speramus aliquando fore, ut quod Deus abstulit, clementer tandem cum faenore restituat. His Generositatem Vestram rectissime valere optamus, utque nos frequenter, sicut consuevit, literis suis invisat, quaeque scitu digna sunt, communicet, cupimus. Factura Generositas Vestra rem nobis gratam et clementer demerendam. Datae Regiomonti.

A.M.

a) *in ms.* hortatur.

1) *Felix Srzeński.*

2) *Ioannes Przerembski.*

*N. 4161.*

*E Regio Monte, 16.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ulrico Hosio, teloneario Caunensi,*
*rogat, ut* "litteras immunitatis de certa quantitate salis absque vectigalis solutione in Lithuaniam convehenda", *ad preces suas* "cuidam miserae viduae" [*a rege*] liberaliter concessas" *et subdito suo Bernardo Heidenstein commissas,* "apud praepositum thelonei Kaunensis ratas esse iubeat".

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 815-816.*

*N. 4162.*

*E Regio Monte, 17.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Catharinae reginae Poloniae*
*petit, ut negotium Bernardi Heidenstein, civis Regiomontani, regi commendet.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 816-817.*

*N. 4163.*

*E Regio Monte, 18.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Alexandro Iłowski, castellano Zakroczymensi,*
*notum facit se capitaneis suis mandasse, ut rusticos fugitivos ei extraderent* "ea conditione, si illi ipsi fugitivi ultra tempus praescriptionis in Ducatu nostro non habitassent" (*nam* "certum tempus in pactis... esse, intra quod tempus fugitivi repeti debeant. Illud tempus ubi praeterierit, repetendi tum viam praeclusam esse").

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, NN. 1440, 1460.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 817-818.*

*N. 4164.*

*E Regio Monte, 18.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Stanislao Ostroróg, castellano Międzyrzecensi,*
*hortatur eum, ut capitaneatum Marienburgensem, ob mortem palatini Plocensis vacantem, sibi conferri petat.*

*(Ed. Th. Wotschke, Stanislaus Ostrorog, IV, p. 112, in:* Zeitschrift der Hist. Gesellschaft für die Provinz Posen, Posen 1907).

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 818-819.*

Stanislao ab Ostrorock, XVIII Octobris.
Consulit, ut capitaneatum Plocensem sibi conferri petat.

Quandoquidem, Deo ita volente, Magnificus Dominus Palatinus Plocensis et Capitaneus Marienburgensis[1] inter vivos esse desiit, multis sane rationibus ducti, capitaneatum illum Magnificentiae Vestrae conferri optaremus, quandoquidem illam non tam inclito Poloniae Regno, quam nobis etiam bene velle scimus ac perlibenter viciniorem nobis fieri vellemus. Idcirco pro singulari nostra in Magnificentiam Vestram propendente amicitiae affectu hortamur illam, ut per propinquos et necessarios suos de hoc capitaneatu consequendo apud S. Regiam Maiestatem sollicitet. Et quidem latere Magnificentiam Vestram nolumus, commendasse iam nos illam hoc nomine Reverendo Domino Vicecancellario Regni Poloniae[2] et Magnifico Gabrieli Terla, ut spes sit, si ipsa [*f. 819*] Magnificentia Vestra negotium hoc tentaverit, locum aliquem nostrae commendationi fore. Cumque non nisi amplissima nobis de Magnificentia Vestra polliceamur, eo quoque proniores erimus, ut, quantum in nobis est, in commendanda et iuvanda Magnificentia Vestra nihil studii aut diligentiae simus praetermissuri. Reliquum itaque erit, ut ipsa Magnificentia Vestra suas quoque nunc partes agat. De nobis sibi illud, quod ab amico Principe, ac omnia benevolentiae studia persuadeat. Cupimus tandem Magnificentiam Vestram rectissime valere. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Felix Srzeński.*
2) *Ioannes Przerembski.*

*N. 4165.*

*E Regio Monte, 20.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*de periculis et damnis ex recuperata antiquorum portuum in Moscovia libertate civitati Gedanensi et aliis terris regiis manaturis et de impedienda civitatum Hanseaticarum in hac causa ad ducem Moscoviae destinata legatione sententiam suam profert.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 819-821.*

Regi Poloniae, XX Octobris.

Scribit, quid sibi consultum videatur de legatione civitatum Ansae in Moschoviam destinata impedienda.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Redditae mihi sunt S. Regiae Vestrae Maiestatis literae, quibus scribit indicatum ei esse civitates Ansae legatos quosdam ad Ducem Moscorum[1], qui de novis portibus aliisque quibusdam cum eo agerent, designasse, postulatque, cum haec videantur fraudi fore civitati Gedanensi, ut scrutari de iis et meum quoque consilium S. Regiae Vestrae Maiestati [*f. 820*] communicare velim. Latere itaque S. Regiam Vestram Maiestatem nolo, me imperatis illius morem gessisse ac diligenter omnibus exquisitis intellexisse, senatores civitatis meae Regiomontanae cum Rigensibus ei legationi praefectos esse, ut portus antiquos in Moschovia restaurari et recuperari ab ipso Moschorum Duce nomine omnium civitatum Ansae petant. Quaerenti autem mihi, an etiam detrimento illud esset civitati Gedanensi, vel aliis S. Regiae Vestrae Maiestatis terris, responsum est esse id cum parvo S. Regiae Vestrae Maiestatis harumque terrarum commodo, solisque Lubecensibus prodesse, atque cum magna fraude emporiis terrarum Maiestatis Vestrae fore, namque negotiatio, quae nunc est in Regno et dominiis S. Regiae Vestrae Maiestatis, magna ex parte eo recideret, pellesque ferinae et quicquid est mercium, quod ad et per terras S. Regiae Vestrae Maiestatis vehitur, deportaretur Rigam vel Lubecam, atque vectigalia et thelonia S. Regiae Vestrae Maiestatis defraudarentur.

Praeterea etsi cautum esse dicitur a civitatibus Ansae, ne tormenta bellica, milites et alia Duci Moschorum advehantur, metuendum tamen esse, libertate illa portuum recuperata, observatum id ita minime iri. Accepi praeterea legatos illos per Livoniam consueto itinere recta in Moschoviam ituros esse. Quo pacto autem haec praeveniri possint, aut quid consulere S. Regiae Vestrae Maiestati hac ex parte recte debeam, non assequor. Et primo quidem frustra cogitatur de intercipiendis in itinere legatis. Namque illis praepeditis, Lubecenses et alii, qui primas in hoc negotio partes agunt, facile alia via et ratione, multoque ardentius animis exacerbatis, illud ipsum tentaturi essent. Idcirco non video, quidnam aliud hac in re expediat, nisi ut S. Regia Vestra Maiestas toti societati civitatum Ansae, [*f. 821*] praecipue vero Lubecensibus, qui caput sunt earum civitatum, indicet intelligere Maiestatem Vestram, quid cum Duce Moschorum agere decrevissent. Id cum non tantum enormi cum incommodo et fraude terrarum S. Regiae Vestrae Maiestatis futurum esset atque in varias suspiciones animum S. Regiae Vestrae Maiestatis pertraheret, quod cum eo, qui se publicum S. Regiae Vestrae Maiestatis hostem multis modis profitetur, pacisci aut societatem inire vellent, hortari ac monere S. Regiam Vestram Maiestatem, ut ab instituto desisterent, ne si secus essent facturi, de eo, quod ex re sua sit, vicissim S. Regia Vestra Maiestas cogitare cogeretur. Hanc ego pro qualicumque meo iudicio rationem non prorsus inutilem fore arbitror, qua si non omnino frangi propositum illorum, attamen magna ex parte praepediri posset. Quamquam res haec per se ardua captum meum excedit et prudentiori S. Regiae Vestrae Maiestatis iudicio magis convenit, cuius arbitratui etiam haec omnia pressius expendenda relinquo, meamque hanc tenuitatem ut clementer bonique consulat, oro. Quod reliquum est, exopto, ut S. Regia Vestra Maiestas diu salva et incolumis vivat. Datae Regiomonti.

A.M.

1) *Ioannes IV Basilides.*

*N. 4166.*

*E Regio Monte, 26.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,*
*rogat, ut ad capitaneatum Marienburgensem, per mortem palatini Plocensis [Felicis Srzeński] vacantem, palatinum Marienburgensem [Achatium Czema], vel Stanislaum Ostroróg, castellanum Międzyrzecensem, regi commendare velit; item ut efficiat, quo redemptio castri Roghausen (praefecturae Rogosnensis) pro dupla impignorationis pecunia eidem palatino Marienburgensi concedatur.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XL, N. 1467.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 853-855.*

*N. 4167.*

*S.l., 26.X.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*ad capitaneatum Marienburgensem, ob mortem palatini Plocensis vacantem, Achatium Czema, palatinum Marienburgensem, vel Stanislaum Ostroróg proponit et causam eorum regi commendari petit; rogat etiam, ut eundem Achatium Czema regi ita commendet, quo praefecturam Rogosnensem pro dupla oppignorationis pecunia redimere possit.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 232-234v.*

An Gabriel Terla, den 26 Octobris 54.

Uns zweifelt nicht, euch werde bewust sein, [*f. 232v*] das durch schickung des Allerhochsten unser freundt und nachbar, der woywode von Plotzki und marienburgischer hauptman[1]), von disem jamerthal abgeschiden, und also die marienburgisch hauptmanschaft geledigt. So wir dan gewiss, das eure person diser landen loblichen freyheiten und privilegien in allem gunstiglichen gewogen und dieselben, sovil an euch vertreten, zu helfen geneigt, in anmerckung, wess zu erhaltung der underthanen gemuter daran gelegen, do die freyheiten und privilegien ungeschmelert gelassen und gehandthabt, und aber der lande Preussen ko[niglich]s theils privilegia inhalten, das keiner zu emptern des ampts gesetzt soll werden, er sey dan ein warhafter geborner einzogling desselben, als haben wir nicht unterlassen konnen, weyl wir uns jederzeit der ko.mt. bestes zu wissen schuldig erkennen, eure person disfals zu bemuhen. Und begeren demnach gnedigst, ir wollet nach erster habender gelegenheit, als ir dan eurer geschickligkeit nach [*f. 233*] wol werdet zu thun wissen, von unserntwegen mit einfurung bedachter privilegien und freiheiten die ko.mt. anlangen, das wir irer mt. gantz treulich rieten, und auch bethen, weil der herr marienburgische woywode, Achatius Zema, sich dermassen gegen dise lande, wie nichtsweniger auch der Chron Polan, des wir ime gut gezeugknuss geben konnen, verdienet, darob er billich widderumb vor andern mit gnaden zu bedencken, so wolten ire ko.mt. inen mit der marienburgischen hauptmanschaft begnaden, und des umb vorangezeigter und anderer mer erheblichen ursachen.

Im fahl aber die ko.mt. disem unserm wolmeinenden rathe, auch dinstvleissigen bitten, nicht stadt geben, sondern gedachte heuptmanschaft wider die lobliche freyheit diser lande lieber einem aus der Chron Polan gönneten, so begeren wir g[nedigliche]n, ir wollet auf solchen fall der ko.mt. hern Stanislaum von Ostrorock vorschlaen, welchs geschlecht sich je und alwege gegen die Chron [*f. 233v*] mit undertheniger treuer dinstbarkeit gantz erbarlich verhalten, und diser mann umb seiner von Gott begnadigten geschicklichkeit und thugenten willen hirzu nit unwirdig, denen wir auch nurt gerne zum nachtparn haben mochten. Wollet euch demnach dise beyde personen, als denen ir auch sonst nit ungewogen, ins best lassen bevolhen sein.

Wir mögen euch nicht pergen, das die fraue von Rogohausen unlangst in Gott verstorben, und aber ir man[2)], so das ampt Rogohausen inne hat, kein einzogling der lande Preussen etc., von deme die armen undersassen nurt mancherley weyse sollen beschwert werden, aus welchem dan die underthonen des ko[nigliche]n theils Preussen allerley bittrigkeit schepfen und mit beschwertem gemut dise eintrege in ire freyheiten tragen, auch dardurch die ko.mt. in allerley vordacht gesatzt. So haben wir unsern pflichten nach, damit wir der ko.mt. zugethan, nicht umbgehn konnen, unsere einfalt ko[r].mt. auch mit- [*f. 234*] zutheilen, und liesen uns beduncken besser zu sein, do ir mt. solch ampt in andere wege versorgen, dan das sie die underthonen zu allerley widerwillen mit dergleichen eingriffen in die privilegien und freyheiten vorursachten, und wiewol an uns gelangt, das gedachtes ampt Rogohausen dem itzigen inhaber auf zehen tausent gulden verpfendet, so kondte doch leicht rath gefunden werden, das ime solch gelt wider erlegt, und do es ko.mt. also gefellig, versehen wir uns obgemelden hern marienbugischen woywoden dahin zu behandlen, das er binnen einem halben jar, oder vileicht nach eher, dise zehen tausent gulden erlegte und daruber noch zehen tausent zu denen, der ko.mt. auf berurts ampt Rogohausen leihe. Dardurch konten ire mt. die bitterkeit aus der underthonen hertzen nemen und sie zu aller underthenigkeit umb sovil mer reytzen.

Dises alles bogeren wir eure person bey ko.mt. von unserntwegen vortzusetzen, und do nit beydes, doch deren eins zu erhalten, an eurem fleiss nichts erwinden lassen, uns auch [*f. 234v*] ins furderlichste dessen alles wissenschaftig machen, der zuvorsicht, ir euch in deme unbeschwert erzeigen werdet. Wir mögen euch auch nicht bergen, das wir gleichsfals an den hern undercantzler[3)] geschriben, und des der ursach, damit ir zu sehen, mit was fleiss er dises furdern werde, und im fahl er den ernst dabey nicht thun wurde, habt ir dannocht unvermerckt, und in der geheim dasselbe bey der ko.mt. dermassen vortzustellen, damit wo nicht bedes, doch eins, wie gedacht, erhalten. Wie ir dann gleichsfals von gemeltem hern marienburgischen woywoden hirumb auch in sonderheit werdet ersucht werden, euch in deme also erzeigen, daran thut ir uns zu gantz gnedigem gefallen, des wir hinwiderumb mit allen gnaden zu erkennen gewogen, nichts zweifelende, her Zeme sich auch mit aller danckbarkeit gegen euch verhalten werde. Wolten euch etc.

A. Monczer

1) *Felix Srzeński.*

2) *Sokołowski (cfr. El. XL, N. 1467).*

3) *Ioannes Przerembski.*

*N. 4168.*

*E Regio Monte, 3.XI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"]*
*rogat, ut praefecto suo iniungat, ut puerum sibi commissum restituat.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 237.*

Duci in Olika, III Novembris.
Petit, ut suo praefecto mandet de restituendo puero Ruperti Gockell.

Officia nostra amica etc.
Retulit nobis honestus noster subditus ac fidelis dilectus Rupertus Göckell se puerum quendam tradidisse praefecto Illustritatis Vestrae Lucae Nameschnick, ut linguam illic Lithuanicam addisceret. Iam vero cum puerum reposcat, tergiversari illum puerumque restituere nolle conqueritur. Quare se literis nostris intercessoriis ad Illustritatem Vestram iuvari vehementer obnixeque petiit, quod dicat parentes pueri illius continue urgere et instare, ut filium suum recuperare queant. Itaque ab Illustritate Vestra etiam atque etiam amice petimus, dignetur praefecto suo iniungere, ut puerum illum, quod aequum est, dimittat nostroque sudbito citra tergiversationem restituat. Hoc nobis Illustritas Vestra gratum fecerit, quod amicis studiis compensare conabimur. Quam Christo Optimo Maximo diu conservandam committimus. Datae Regiomonti.

C.S.

*N. 4169.*

*E Regio Monte, 4.XI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*tres sexagenas avium* "ex turdorum genere" *dono mittit.*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 822-823.*

*N. 4170.*

*E Regio Monte, 4.XI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*episcopo Plocensi [Andreae Noskowski]*
*a doctore Christophoro Jona, consiliario suo, se cognovisse scribit eum* "delectari ferinis carnibus alcium", *et in benevolentiae signum unum vas eiusmodi carnium sale conditarum dono mittit.*
*(Latine)*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 823-824.*

N. 4171.

E Regio Monte, 10.XI.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*notum facit se propter Assueri Brandt adversam valetudinem negotia sua vicecancellario Regni commisisse.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 824-825.*

Regi Poloniae, X Novembris.
Scribit se propter Asueri Brands affectam valetudinem negotia sua Reverendo Domino Vicecancellario Regni[1] commisisse, cui petit plenam fidem haberi.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.
Non ignorat S. Regia Maiestas Vestra, quoties apud eandem de gravaminibus Lithuanicis aliisque meis meorumque negotiis sollicitaverim, et quod ea res tandem ad conventionem generalem Lithuaniae reiecta sit. Quare ad hunc ipsum conventum consiliarium meum et fidelem dilectum Assuerum Brant, Capitaneum Tapiensem, ablegaveram. Is cum se iam in viam daturus esset, morbo subito correptus profectionem suscipere non potuit. Cum autem ceteros meos consiliarios hoc tempore ad alia et diversa loca destinarim, ut in tanta et tam subita[a] festinatione ad hunc conventum neminem habeam mittere, commisi negotia ista omnia Reverendo Domino [*f. 825*] Vicecancellario Regni, ut ea S. Regiae Maiestati Vestrae inclitisque Magni Ducatus ordinibus nomine meo subdite referret. Quapropter S. Regiam Maiestatem Vestram submisse etiam atque etiam oro, ut illum negotia mea exponentem clementer audire firmamque illi fidem, sicuti mihi ipsi, habere, tandemque regio, clementi et optato responso dimittere dignetur. Id erga S. Regiam Maiestatem Vestram omnibus debitis officiis, subditis studiis et servitiis sedulo promereri conabor. Datae Regiomonti.

C.S.

a) *in ms.* subito
1) *Ioannes Przerembski.*

N. 4172.

E Regio Monte, 10.XI.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]*
*rogat, ut loco Assueri Brandt, improvisa aegritudine impediti, negotia sua in Comitiis Lithuanicis curanda suscipiat.*
*Cfr. El. XL, N. 1469.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 826-827.*

Vicecancellario, X Novembris.
Petit, ut negotia Suae Celsitudinis in conventu generali proponat iuvetque.

Reverende ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Cum nuntium nostrum nobilem Assuerum Brandt, Capitaneum Tapiensem, ad generalem Magni Ducatus Lithuaniae conventum destinassemus, atque ille iter iam iam ingressurus esset, ex improviso adversa [*f. 827*] corripitur valetudine, quo fit, ut eam obire legationem non possit. Etsi autem in eius locum alium ex consiliariis nostris perlibenter substituissemus, facere tamen id per angustiam temporis non potuimus, et quod illi ipsi consiliarii, qui eo mittendi fuissent a nobis, aliis iam negotiis praefecti absunt. Ne autem negotia nostra negligeremus, duximus Reverendam Generositatem Vestram pro ea, qua in nos fertur benevolentia, amice rogandam esse, ut ad instructionis formulam hisce adiunctam nostro nomine amicum sollicitatorem apud S. Regiam Maiestatem agere negotiaque nostra, sicut hactenus consuevit, benigne iuvare ne gravetur. Atque illa ita promoveat, ut laeto responso tandem ad tot tanque liberales S. Regiae Maiestatis pollicitationes exhilaremur. Sicuti facturam esse Reverendam Generositatem Vestram nobis omnino persuademus. Daturi vicissim operam, ut hoc officii erga Reverendam Generositatem Vestram grata animi nostri declaratione demereamur. Datae Regiomonti.

A.M.

In simili forma scriptum est mutatis mutandis Duci in Olika[1].

1) *Nicolaus Radziwiłł "Niger".*

*N. 4173.*

*E Regio Monte, 10.XI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Sienieński a Sienno*
*tristem casum eius dolet; equum duello idoneum mittere promittit.*

*Cfr. El. XL, N. 1462.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 825-826.*

Ioanni Siennienski a Sienno, X Novembris.

Scribit se casum illius dolere, mittitque equum duello aptum.

Nobilis ac Generose, sincere nobis dilecte.

Accepimus Generositatis Vestrae literas, quibus de casu suo satis acerbo et tristi certiores nos facit, adeo ut non parum ea nos narratio commoverit. Nam cum Generositati Vestrae clementer beneque consultum velimus, cupiamusque ipsam laetis uti successibus, certe nobis non potuit non maximopere ista tragoedia, in quam Generositas Vestra deducta fuit, displicere. Sed cum factum nullo modo infectum fieri queat, hoc quicquid est, tum S. Regiae Maiestatis iudicio, tum divinae [*f. 826*] ultioni permittendum censemus. Si quid etiam, pro nostra exiguitate, Generositati Vestrae hoc in negotio commodare possumus, dabimus operam, ut ab eadem admoniti, nihil in nobis clementiae desideretur.

Quod ad equum mittendum attinet, quem Generositas Vestra ad monomachiam sive duellum habere desiderat, in eo nos, ut in reliquis omnibus, clementem voluntatem nostram erga Generositatem Vestram

libenter probatam faciemus. Idque modo praestitissemus, si nobis certo cognitum fuisset, quo in loco Generositas Vestra degat. Quare ab eadem postulamus clementer, siquidem aliis rationibus quam duello hoc negotium transigi non potest, ut certum hominem ad nos mittat, qui equum ad Generositatem Vestram deducat. Sumus enim Generositati Vestrae equum bonum et duello, ut arbitramur, idoneum missuri. Cuius ope ut Generositas Vestra superior evadat hostemque devincat, etiam atque etiam optamus. Datae Regiomonti.

C.S.

*N. 4174.*

*E Regio Monte, 16.XI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*explicat causas, propter quas Georgius Mikowicz, subditus regius, a capitaneo Insterburgensi in vincula coniectus sit.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 828-830.*

Regi Poloniae, XVI Novembris.
Scribiti, cur subditus Maiestatis Suae incarceratus sit.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Redditae mihi sunt S. Regiae Vestrae Maiestatis literae pro subdito suo Georgio Mikowitz scriptae. Ex quibus intellexi indigne nonnihil S. Regiam Vestram Maiestatem ferre, quod praefectus meus Insterburgensis eundem subditum in vincula coniecerit et res eius quasdam detinuerit. Ac primum quidem subditi illius importunitatem miror, quod S. Regiae Vestrae Maiestati eiusmodi querimoniis molestus fuerit, quandoquidem authoritate mea quasi neglecta ne verbo quidem apud me, priusquam ad S. Regiam Vestram Maiestatem confugeret, iustitiam sibi administrari postulavit. Ut autem intelligat S. Regia Vestra Maiestas, quam ob causam is in vincula coniectus sit, latere illam nolo, inde a prima harum terrarum cultura in omnibus praefecturis Ducatus huius ordinatum esse, ut mel crudum, cera et pelles ferinae solis dominis bonorum, in quibus proveniunt, cedant, nihilque proprietatis aut iuris rusticis seu colonis in iis sit, adeo sane, ut quicquid horum a rusticis clam extra forum debitum et consuetum venditur, furtivum id esse constare. Estque mulcta tam in ementem, quam vendentem, designata.

Hoc edictum, tam longo tempore severe observatum, sciens S. Regiae Vestrae Maiestatis subditus transgressus est, namque [*f. 829*] aliquoties commercia sua cum subditis meis habuisse dicitur, ut causare ignorantiam non possit. Cumque non palam, sed furtim et quidem noctu ceram emisset atque clam illam avehere voluisset, iuxta veteres constitutiones in vincula coniectus est, suntque ei duo equi [cum] curru et tunna[a] salis detenti, sicut nec ipse venditor impune hoc tulit. Inde adeo facile S. Regia Vestra Maiestas iudicare potest, an subditus illius iustam querendi occasionem habuerit, cum quod sciens peccarit, tum quod apud me quoque locus ei iustitiae fuisset, si se indigne a praefecto meo habitum putasset.

Huc accidit, quod de captivatione aliter, quam res se habet, S. Regiae Vestrae Maiestati retulit, quandoquidem statim a prima incarceratione ipse vinculis effractis aufugit. Ne autem existimet S. Regia Vestra Maiestas me iniqui aliquid cupere, mandavi praefecto meo Insterburgensi, ut equos, currum et sal subdito Maiestatis Vestrae restituat, quae ei etiam non postulante S. Regia Vestra Maiestate reddi mandaturus fuissem, si id a me petivisset.

Quod vero S. Regia Vestra Maiestas inter cetera colligit mutua commercia inde praepediri, cupitque, si liberum esse debet S. Regiae Vestrae Maiestatis subditis, ut cum rebus suis ad has terras commeare possint, vicissim et iisdem subditis liberam esse debere emendi apud meos facultatem, facile S. Regia Vestra Maiestas ex hoc casu intelliget non libera commercia prohibita esse, sed illud tantum observari, quod supra de furtivo melle, cera et pellibus ferinis ex inveterata constitutione dictum est. [*f. 830*] Has enim res si rusticus extra forum consuetum et debitum vendat, quandoquidem in iis nihil habet proprii, furtivum id esse atque inde reditus domini sui defraudari certum est, ita sane, ut ne incolis harum terrarum eas res a rusticis extra forum emere liberum sit. In foro autem publico quarumvis mercium emptio et venditio tam extraneis, quam incolis, non denegatur.

Haec cum ita se habeant, officiosissime S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ne id secus accipiat vel interpretetur, auto porro facilem eiusmodi querelis aurem praebeat, quae nonnunquam plus ad irritandam S. Regiam Vestram Maiestatem, quam ex iusta aliqua causa proferuntur. Namque quantum in me est, sedulo id curatur, ne qua ex parte vel levissimae offensionis occasio S. Regiae Vestrae Maiestati detur, sed ut in omnibus S. Regiae Vestrae Maiestatis favorem et clementiam mihi demerear. Atque haec quidem S. Regiae Vestrae Maiestati respondenda esse putavi, quibus ut indubiam fidem habeat, oro. Quod reliquum est, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae Regio Monte.

Princeps et Cancellarius audiverunt
A.M.

a) *in ms.* tinna

*N. 4175.*

*E Regio Monte, 16.XI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*pro Luca Klo, cive Regiomontano, cui Martinus Döring, aurifaber Varsaviensis, summam 185 florenorum debet, eamque praeter crebras admonitiones hactenus restituere non vult, intercedit et rogat, ut subdito suo,* "homini misero et ad magnam inopiam redacto", *in recuperando debito adesse dignetur.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 830-831.*

*N. 4176.*

*S.l., 21.XI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*armifactorem et alios aliquot fabros ex Germania conductos regi mittit et sperat eos regi utiles futuros.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 234v-235.*

*N. 4177.*

*S.l., 28.XI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Matthiae Poley, "cancellario Posnaniensi"* ("an posnischen cantzler"),
*litteras eius, quibus petebat in numerum servitorum suorum cooptari, se accepisse nuntiat, sed ob angustias pecuniarias, in quibus nunc versetur, petitioni eius satisfacere non posse.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XL, N. 1466.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 235-235v.*

*N. 4178.*

*S.d., 29.XI.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*iterum de negotio socrus suae, Elisabeth comitissae Hennebergensis.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 831-835.*

Regi Poloniae, XXIX Novembris.
Pro Comitissa Hennebergensi.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Petivit a me Illustris Domina Elizabetha, Marchionissa Brandenburgensis et Comitissa Hennebergensis, [*f. 832*], ut fasciculum hunc literarum ad S.R. Vestram Maiestatem perferendum curarem, negotiumque Illustritatis Suae apud illam iuvarem et promoverem. Cuius precibus multis nominibus annuendum putavi, cum quod ex honestissima marchionum familia procreata non modo sanguine, sed materno quoque vinculo ex coniuge mea[1]) mihi iuncta est, tum vero quod pietatis est afflictis et egenis succurrere. Etsi autem dubium mihi non est S.R. Maiestatem Vestram, pro heroica et insigni sua in quosvis clementia, libenter iis subventum cupere, in quos fortunae iniquitas praeter ipsorum culpam novercatur, ut taceam singularem illam S.R. Vestrae Maiestatis benevolentiam, quam naturae et sanguinis ductu in omnes consaguineos suos, praecipue autem in celebrem marchionum familiam, hactenus multis argumentis declaravit, omnino persuasum mihi habeo S.R. Vestram Maiestatem hanc suam clementiam in

hac indigne oppressa consanguinea sua claudi non passuram esse. Intelliget autem S.R. Vestra Maiestas procul dubio ex supplicibus scriptis eius Marchionissae, quo in statu res Illustritatis Suae vertantur, et quid a S.R. Vestra Maiestate, quid item ab Imperatoria et Regia Romanorum Maiestatibus petat. Quae cum meo iudicio talia sint, ut vel cor saxeum in commiserationem movere possint, rogatam S.R. Vestram Maiestatem habeo studio quo possum maximo, ut precibus miserae consanguineae suae, contra ius et aequum oppressae, clementissimum dare locum dignetur. Ac primo quidem, ut literas fidei seu salvi conductus a S.R. Vestra Maiestate impetret, deinde ut S.R. Vestra Maiestas inopiae quoque illius miserta, ex regia munificentia'largitione aliqua Illustritati illius clementer succurrat.

[*f. 833*] Porro dignetur S.R. Vestra Maiestas tam ad Imperatoriam, quam Regiam Romanorum Maiestates literas suas intercessorias, sicut prius facere non gravata est, nunc ad extremum pro ipsa edere, illasque una cum fasciculo hoc literarum, Serenissimo Romanorum Regi inscripto, ad Maiestatem eius proprio quodam cubiculario mittere atque ita eius Illustritati patrocinari, ut quod ab Imperatoria et Regia Romanorum Maiestate petit, per S.R. Vestram Maiestatem clementissimam commendationem eo facilius obtineat.

Ceterum et illud S.R. Vestra Maiestas in literis suis ad S. Imperatoriam Maiestatem et S. Romanorum Regem inseri clementer iubeat, ut Maiestates earum caveant, ne confirmationes Henrico Duci Brunsvicensi super pactis, cum Duce Erico nuper adeo initis, edantur. Essent enim illae in praeiudicium omnium illorum, quae prius ab Imperatoria Maiestate solemnibus decretis approbata sunt, plurimumque derogarent literis et sigillis, ab ipso Erico Duce sub manus etiam propriae subscriptione datis. Latere enim S.R. Vestram Maiestatem nolo ipsum Ericum Ducem disposuisse id iam literis et sigillis, ut si moriens post se nullos liberos relinquat, centena millia florenorum singulis suis sororibus ex Ducatu Illustritatis Suae cedant. Hanc dispositionem Dux Henricus, quandoquidem Erici Ducis ex collaterali linea heres est, imperatoriis edictis subvertere laborat. Hinc cum et mihi vel uxori meae [*f. 834*] centena millia florenorum interciperentur, rogatam S.R. Vestram Maiestatem habeo, ut ea, qua novit dexteritate, per S. Imperatoriam Maiestatem et Serenissimum Romanorum Regem Ducis Henrici propositum impediat.

Praeterea et hoc summopere S.R. Vestram Maiestatem oro, ut ab Imperatoria Maiestate et Serenissimo Romanorum Rege severum aliquod mandatum ad Illustrem Dominum Marchionem Ioannem impetret, quo Illustritati Suae iniungatur, ut supradictam Marchionissam contra quemvis, qui praegravare illam seu literis et sigillis illius aliquid derogare praesumeret, defenderet, conservaret et in omnibus ex aequo tueatur. Qua in re S.R. Vestra Maiestas multum caussae illius Marchionissae patrocinabitur. In primis autem opus Deo gratum factura est, quandoquidem id inter cetera magnis Regibus et Principibus ex officio divinitus illis iniuncto proprium est, ut curam afflictorum suscipiant et misericordia egenos sublevent. Quibus virtutibus cum S.R. Vestra Maiestas egregie ornata sit, spero illam ad preces consanguineae suae eo aequiorem quoque fore. Hoc ipsum Deus, qui remunerator omnis boni est, et temporalibus et aeternis praemiis rependet, cum et haustum aquae frigidae compensaturum se esse promittat.

Pluribus haec a S.R. Vestra Maiestate contenderem, nisi perspectus mihi esset heroicus et perhumanus S.R. Vestrae Maiestatis animus. Estque in hoc tam gratum mihi factura, ac si multis me ornaret beneficiis, ut non

intermissurus sim hanc S.R. Vestrae Maiestatis clementiam cum tota marchionum familia perpetuis studiis et quam officiosissime [*f. 835*] demereri. Ipsa etiam Illustris Marchionissa assiduis precibus pro sanitate et felici S.R. Vestrae Maiestatis gubernatione apud Deum interpositis gratitudinem suam, quoad vixerit, declaratura est. Atque his S. Regiae Vestrae Maiestati longos et incolumes annos rerumque omnium felices successus exopto.

Mutatis mutandis scriptum est pro eadem Marchionissa Vicecancellario.

A.M.

1) *Anna Maria, filia comitissae Hennebergensis.*

*N. 4179.*

*E Regio Monte, 1.XII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*capitaneo Samogitiae [Hieronymo Chodkiewicz]*
*pro Leonardo Flubach, pharmacopola Regiomontano, qui ad instructionem pueri curae suae commissi, filii cuiusdam dominae Mileska, interea peste mortui, non parvas expensas et sumptus fecerat, nec a matre pueri, filium repetente, satisfactionem aliquam obtinere potest.*
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 835-836.*

Capitaneo Samogithiae, I Decembris.
Pro Leonhardo Flubach.

Significavit nobis honestus subditus noster ac fidelis dilectus Leonhardus Flubach, civis et pharmacopola Regiomontanus, sibi ante septennium plus minus per Dominum Petrum Woynowski, Capitaneum Grudentinum, puerum quendam nomine et iussu Magnificentiae Vestrae traditum fuisse ea conditione, ut ei victu, amictu et libris necessariis prospiceret, promittens nostro subdito a matre pueri omnes expensas et sumptus, dicto modo factos, bona fide solutos iri. Iam vero cum pueri nomine non parum [*f. 836*] paratae pecuniae exposuerit, sic ut summa sit 87 florenorum cum expensis mensae aliarumque rerum necessariarum, conqueritur idem subditus noster se a Domina Mileska, matre pueri, quamvis crebro admonita, nihil obtinere posse, quod dicat se, nisi filio sibi restituto, nihil soluturam.

Cum autem grassante per Prussiam peste puer is, divina haud dubie ordinatione, extinctus et de medio sublatus sit, facile Magnificentia Vestra videt, quam iniquam rem et impossibilem Domina Mileska exigat. Quare Magnificentiam Vestram amice rogatam facimus, dignetur pro officio suo apud Dominam Mileskam id efficere, suaque autoritate ita intercedere, ut subdito nostro, quod aequissimum est, pro istis expensis filii satisfaciat. Hoc nobis Magnificentia Vestra gratum fecerit, deque subdito nostro in primis bene merebitur, quod clementer compensare studebimus. Bene feliciterque Magnificentia Vestra valeat. Ex Monte Regio.

C.S.

N. 4180.

E Regio Monte, 3.XII.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*pro heredibus Lucae Harder et Alberti Russau,* "ut illis ligna in nemoribus praefecturae Lezienski confecta citra moram et impedimentum tuto abducere liceat"; *item ne a quodam Petro Ramesch molestentur, qui asserit sibi ab eis certam pecuniae summam deberi.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 836-838.*

N. 4181.

E Regio Monte, 4.XII.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro Valentino Backfarth, musico, cui* "iudiciale negotium" *intercedit cum uxoris suae cognatis, rogat, ut ei ita adesse velit,* "ut ne longis legum iurisque processibus res extrahatur, sed citra dilationes longas et inanes ius suum non laboriose consequatur".

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 841-842.*

N. 4182.

E Regio Monte, 4.XII.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Catharinae reginae Poloniae*
*pro comitissa Hennebergensi (cfr. N. 4178).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 839-840.*

N. 4183.

S.l., 4.XII.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*rogat, ut causam socrus suae, Elisabeth comitissae Hennebergensis, reginae Catharinae ita commendet, quo litteras pro ea intercessorias ad imperatorem et regem Romanorum dare velit.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 236-236v.*

N. 4184.

E Regio Monte, 5.XII.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,*
*rogat, ut servitori suo, aliquot vasa vini Hungarici Cracoviae coempta in Prussiam vecturo, litteras ad teloneorum praefectos dare velit, quo eiusmodi vinum sine vectigalium solutione transportari permittant.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 842.*

N. 4185.

E Regio Monte, 9.XII.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Bonae reginae Poloniae*
*gratias agit, quod nuntium ad nuptias filiae [Annae Sophiae] cohonestandas mittere promisit, et suadet, ut idem nuntius comitatum filiae suae unius diei intervallo vel praecedat, vel insequatur* ("si praecesserit, dignabitur in oppidulo Bucau dicto, vel in monasterio Neucloster nuncupato, filiae meae adventum, qui istuc ad XXIII Februarii erit, praestolari atque inde comitatum illius ornare. Distat autem uterque is locus a Wismario, ubi nuptiae erunt, tribus circiter milliaribus").

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 843-844.*

N. 4186.

E Regio Monte, 9.XII.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*Andreae Lewicki, capitaneo Pomnichoviensi,*
*pro voluntate in se propensa gratias agit; nuntiat se capitaneo suo Soldaviensi, Andreae a Wilmansdorff, commisisse, ut de certa pecuniae summa sub certis conditionibus sibi mutuo danda cum ipso ageret.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 844-845.*

N. 4187.

E Regio Monte, 15.XII.1554.

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"]*
*pro animi in se propensi declaratione gratias agit eamque propensionem demereri promittit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 846-847.*

*N. 4188.*

*E Regio Monte, 17.XII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*capitaneo Maioris Poloniae generali [Ianussio Kościelecki]*
*pro Barbara Dunkowa (vel* Dunckau), *cive Regiomontana, cui Balthasar Schmaltz, civis Posnaniensis recens defunctus,* "longo tempore hic Regiomonti in domo eius viduae familiariter conversatus", *quandam pecuniae summam (46 florenos)* "pro victu, habitatione et aliis, quibus necessario hospites indigent", *debebat, intercedit et rogat, ut subditae suae in recuperanda ab heredibus defuncti debita ei pecunia adesse velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 848.*

*N. 4189.*

*Labiau, 20.XII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*de negotio matrimoniali reginularum Poloniae et de sua in eo expediendo opera; de prompta voluntate sua regem Vilnae invisendi; vicecancellarium Regni et ipsum (G. Tarło) negotiorum suorum apud regem sollicitatores constituit.*

*Autogr. Sigill.*

*HBA, B, K. 1176.*

Grosgunstiger k.mt. hofmeister, m.g. frawen, geliebter her und gute[r] freundt.

Mihr sein von Ewer Herlichkeit den 19 dises hie zu Labiaw zwey schreiben zukumen: das erste den ersten Suntag des Adventes, welches mit eigner hant unterschriben, daraus ich verstanden, das mein bost gleich bey euch, wy ewer diner Bohibel ankumen, also das ir als dy zeit mit k.mt. gescheften beladen sich mit im fuglich nicht bereden kunnen, doch nicht unterlassen wollen, mich mit solchem briflein guter meinung zu besuchen und mihr vertrewlich nicht pergen, das der gesante aus Sweden, der zu Kunigspurgk gewesen, zugleich mit ewerm dinern in ein herberich antroffen etc., mit weiterm inhalt etc. Item was E.H. Pohibel meinentwegen vermeldet in bewustem und durch den von Donen aus meinem befelich getribenem handel gesolicitiret gedacht etc. Item was in dem fal von dem gesanten aus Sweden vermercket wurde etc. und wy ich ewerm diner angezeiget, das der gesant an mich gar kein werbe etc., und was dy alte kunigin[1] an mich in solchem handel geschriben, mit weiterm inhalt, umb der lenge willen von unnoten zu erwidern, weil E.H. alles in gutem gedechtnus. So aber nun den E.H. nicht unterlassen, solchs k.mt. alspald in geheim anzusagen von der alten kunigin, das k.mt. verwundert, und E.H. befolen mihr, s.k.mt. wilygstem und unterdenigem diner, zu schreiben und zu befelen etc., wil ich E.H. nicht pergen, das ich in disem handel gancz irre bin. Wolt wol gern k.mt., meinem g.h., gehorsam leisten, wuste aber nicht, mit was k.mt. nucz ich solches verpringen kunne [*p. 2*] ader solle, wywol ich allen iren m[ten] von herczen gern und willig dinte, auch meins hogsten ver-

mogens, das ich mit Got zeuge, und kan euch vertrewlich nicht pergen, das ich sindt der zeit ich den handel angefangen in erfarung kumen, das vohr diser zeit ein kaufman von Danczig, des nomen mihr vergessen, doch wy ich nicht anderst weis, ewerm diner Bohibel wol bekant, sich vohr meinem anfang bey der alten kunigin, kan nit wissen, ab nicht auch bey m.g.h[ern], disen handel weitlauftig getriben sol haben. Warumb mihr nun zufelt, das fileicht ku.w. zu Sweden[2] den handel mehr denen leuten, dy er geprauchet, gunnet als mihr, das auch an der antwort, so ich m.g.h. zugeschicket, etwas zu ersehen. Und wywol dy antwort vermag, das s.k.w. ein eigen boten herrausser schicken wolle, ist doch bishero verzogen bis diser itzige ankumen, aber kein gewerbe an mich gehabt. Ab aber er bey k.mt., m.g.h., des gedacht mag, E.H. wissen.

So leget mihr m.g.h., sopald ich s.mt. dy antwort zugeschicket, auf, ich sol weiter vortseczen. M.g. fraw, dy kunigin, befelet mihr, ich solle ablassen. Daraus den mihr diser handel scheinen thut, wy oben gedacht. Und wywol k.mt., m.g.h., itziger zeit auch einen diner, der vohr des hern Radiwil diner gewesen, in etzlichen thun, so mihr von k.mt. vertrawet, an Sweden schicken thut, ist mihr doch nicht vertrawet, ab auch diser handel vohr sey, sunder alleint gesaget, das er anders nichts hab auszurichten, abwol gleichwol angehangen, das zu anderm mehr [*p. 3*] zwischen disen beden kunigreichen weiter gutes schaffen mochte, wy ungeferlich dy wort lauten, mihr aber nicht so gar in der gedechtnus etc., aus welchem ich gleichwol eins und das ander erwege in meiner einfalt. Solte aber nun ich weiter auf k.mt., meins g.h., befelich anhalten und der, der fileicht, wy ich mich duncken las, zu der alten kunigin nach Warschaw zihen wurt, wy ich den hie zu Kunigspurgk durch andre von im erfaren, lassen beschehen werde, zihen wurde und fileicht auch ein anders ausrichten, solte wol von Sweden dohin gedacht werden, das ich mich entrungen und mihr ein andre argwenigkeit volgen, dardurch fileicht k.mt., m.g.h., und den frumen frewichen mehr durch mich geundinet als gedinet. Wil hirumb weitern k.mt., m.g.h., befelich erwarten und dis alles k.mt., m.g.h., und euch zu erwegen heimgestellet haben.

Wie ir auch weiter melden thut, was ir von Bohibel auf E.H. vorig schreiben an mich gethon, das k.mt., so es mihr imer muglich zu thun, mich gern sehen und ansprechen mochten etc., henget darneben an, was der meckelpergische zug[3], fileicht darzu ir hoch wunschet, hinderlich sein mochte etc. mit weiterm inhalt etc. Hirauf sol[t] ir wahrhaftig wissen, das ich sehr und hoch begirich, alle k.mten zu sehen, bevohr meinen g. lieben herren, hab auch des fyl ursach und hette es lengsten nicht unterlassen, wo mich nicht das gewitter, das bey uns hie so furgefallen, das dy wege so bos gewesen, das man [*p. 4*] nicht vol ane gros beswehr auskunt, und ich stetigs eines bessern weges erwarten wollen, bis auch das furgefallen, wy ich E.H. diner hibevohr geschriben, und nun auch der zug vor der hant. So ich den wissen mochte, ab k.mt. noch auf Fasnacht zur Wi[l]de pleiben mochte, wolte ich nicht seumen und s.mt. alspald nach meiner dochter[4] auszuge besuchen, iedoch ist k.mt. daran gelegen, schreibet mihr vorderlich, las ich alles sehen, befele es andern und erzeige mich den willigen und gehorsamen diner, und solt mihr glauben, das ich gancz gern sehe, das dy langswewenden greniczen entrichdet, wy ich auch E.H. gancz hoch und freuntlich bitte, ir wollet bey k.mt., m.g.h., neben dem hern unterkanczler[5] mit fleis anhalten, domit ich doch durch k.mt. mit gnaden solcher beswehr mochte erlediget werden, den k.mt. gibt ie andern noch wol so fyl, das mich schir wundert, wy s.k.mt. ier kuniglichs und plutferwante gnad und gemute so

lang kegen mihr schlissen kan, do doch k.mt. nicht mihr alleint, sunder irer selbst mt. mit der zeit selbst gibet etc. Bit gancz dinstlich, s.k.mt. erzeigen sich in gnaden kegen mihr.

Wy aber E.H. gedencken, das ich gesanten schicken solle, solt ir wissen, das mihr geraten, ich sol nurt solicitatores stellen, wy ich den auch gethon, und kein besser als den hern untercanczler und E.H. damit bemuhen wollen. Bitte, wolts euch nicht besweren etc., das verdine ich willich etc.

[*p. 5*] Das euch auch das praun hengstlein wol gefellet, ist mihr ein sundere freude und keiner dancksagung wert, den ich bin der ewer sambt allen meinen pferden, und wo ich euch dinen kan, das thu ich gern und wolt mihr gern wunschen, das ich einen solchen stalmeister haben mochte, der ewer gluck und kunst zu den pferden hette, und so es muglich, das ir ewerer armen freundt einen mihr zuschicken und abrichten kunt, solt er bey mihr einen guten dinst und g.h. haben.

Befele euch hiemit gotlicher gnaden und bitte, wolts bey allen k.m[ten], wy ir baser als ich zu schreiben weis, ausrichten und mich iren m[ten] aufs unterdenigest befelen, euch mich auch selbst befolen sein lassen. In eitler nacht zu Labiaw geschriben, den 20 Decembris anno 1554.

Albrecht der elter etc.

*In dorso manu ducis Alberti:* Kuniglicher mt., mein gnedi[g]sten frawen, der ku[nigin] zu Polen etc., hofmeister, meinem guten freunde, hern Gabriel Derlein etc., zu eigner hant etc. Cito.

1) *regina Bona.*
2) *Gustavus I.*
3) *scil. profectio ad nuptias filiae cum duce Megapolensi.*
4) *Anna Sophia.*
5) *Ioannes Przerembski.*

*N. 4190.*

*Labiau, 20.XII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*de procerum Regni discordia dolet et timet, ne res in Polonia ita, sicut in Hungaria, succedant; concordiam et unitatem laudat, discordiam vituperat; regi et reginae ad venationes profecturis fausta et felicia exoptat, dissuadet tamen, ne rex ad fines usque Moscoviticos accedat; nuntiat se eum Ragnetae libenter visurum esse; scire vult, num, ubi et quando rex Comitia* (ein lanttag) *indicturus sit.*

*Autogr. Sigill.*

*HBA, B, K. 1176.*

Grosgunstiger freund.

Aus E.H. anderm schreiben, den andern Suntag im Advent zur Wi[l]de datiret, aber mit eweres diners hant unterschriben, [habe ich verstanden],

das, weil der danczker pot furgefallen, das ir nicht unterlassen wollen, mihr guter meynung anzuzeigen, ab ir wol alle stundt auf ewer negstes schreiben wider antwort von mihr gewardet, darnach ir euch zu richten, und das man sich verhoft, weil das wetter sich etwas mit kelte angelassen, das ich mich an ku. hof wurde begeben haben aber nicht, wisset, was ich bey mihr entschlissen ader bedacht sey, mit weiterm inhalt unnotig zu erwidern etc. Zweifelt mihr hirauf nicht, das ewer diner nunmehr aus dem schreiben, so ich vergangen wochen an yn gethon, das solcher briff beantwort, und was den verzug meiner ankunft sey, verstanden, wy auch in disen schriften diser zeit weiter zu ferstehen. Kan mich auch nicht anderer schrifte, so unbeantwort, erindern, es wehre den, das ich vergessen, wy ich auch bekennen mus, das ich sehr vergessen bin und deglich werde[a] und von euch erindert wurde, wy ich auch bitte. Wil es hirumb darbey ruhen lassen. Das ir ader willens, ewern diner, als ir antwort von mihr bekumbt, abzufertigen, und was ir in vorigem schreiben gemeldet, nach ewerm hogsten vermogen mihr zum besten nachzuseczen, des thu ich mich zum hogsten bedancken und wil ewers diners warten. Bitte auch, wolt in nicht verzihen und euch kegen mihr als ein freundt in der handlung, E.H. durch iren diner furgetragen, spuren und mercken lassen.

[*p.* 2] Des ienigen doch, so sich inwendig 14 dagen zwischen k.mt., m.g.h., reten und andern, und sunderlich dy nicht dy wenigsten, zugetragen, kan ich euch vertrewlich nicht pergen, das ich desselben zufals herczlich erschrocken aus filen bewegenden ursachen, den ich kan daraus nicht sehen, was gutes ervolgen moge, zu spuren sey und ist gleichwol ein solcher handel, in dem sich mein gnedi[g]ster lieber herr wol furzusehen. Weil es erstlich nicht ein kleines ist, das k.mt. geheimbster rat, durch welches hant alle sachen gehen, nicht in einem mehrern ansehen sein solle. So sein dy andern auch hohe personen und nicht in geringstem ambt. Besorge, das nicht daraus volgen moge, wy in Ungern, darvohr der liebe Got sein wolle. So ist auch nicht on, das auch gleich mihr von andern ortern der handel zurrissen worden und solcher mas es solte der her canczler[1] den hern Boner[2], einen kuniglichen verreter, gescholten haben, darab er in lugen gestraffet und sopald nach im gestechen. Mocht hirumb gern den rechten grund wissen, wywol ich ewerm schreiben glauben gebe. Es sey nun geschehen, wy er wolle, kan ich den handel nicht pilligen und duncket mich, das auf allen seiten zu geschwinde gefaren bevohr, weil wihr alle einen hern haben, bey dem man pillich das recht suchen thut, do auch niemandes einiges rechten gewehret wurt.

Zudem ist mihr das ein gros, das man sich uber dis alles den hern canczler, der in einem solchen ambt tringen solle, sich in gefencknus einzulassen, darnach unterhandlung zu gestaten und dulden. [*p.* 3] Kan daraus auch schir nicht sehen, wes sich zu ferhoffen. Wil Got herczlich bitten, er wolle meinen lieben hern, sein kunigreich und alle land gnediglich vor allem ubel behuten, den es dut wahrlich hoch vonnoten, und solt mihr glauben, das mihr mein hercz gancz swehr ist umb meines lieben herren willen, das wisse Got, wil nicht mehr schreiben. Und ist erschrecklich zu horen, das sichs bey euch zur Wilden auch sicher also anheben thut, und haben dy alten loblich gesehen, das durch einigkeit kleine ding gewachsen und grosse hinwiderumb durch zwitracht zurgangen. Wolt Got, es wurde zu unssern zeiten auch betrachdet und kunte k.mt. ir selbst nicht besser thun, den das si mit gutem rat suchte, wy einigkeit im reich und seiner mt. allen landen gestifdet mochte werden, furwahr ich besorge sunst, es werde uns allen gehen wie in Hungern. Und kan nicht sehen, so man mit fremden

nationen krigen wil, wy es geraten moge, weil wir untereinander selbst uneinich. Falle derhalben auch des hern von Ebersteins[3] bedencken nicht ab, wywol es mich selczam ansihet, das solche ding so weit kumen. Kan wol achten, das der feindt auch wurt zu wissen bekumen. Was daraus volgen wurt ader wil, sihet ein verstendigen[z]. Wie wihr auch zum krige gerichdet, kan ich nicht wissen, aber das weisse ich wol, das ein grosser peutel zum krig gehoret, wo pleibet profiant, municion, anschleg, kunstschaft und [*p. 4*] ander ding mehr. So besorge ich mich auch, das k.mt. werde neben unsser rustung, wy auch s.mt. vorfarn gewonlich, auch andre gewonliche rustung haben mussen; wo und wy dy zu erlangen, weil si itzunder sehr gestigen. Wil furwahr auch bedacht sein, den es ist pald etwas angefangen, aber man mus das ende bedencken. Und stime mit dem von Ewerstein, das den unerfaren leicht ist, einen krig anzufahen. Schicke euch derwegen solchs schreiben hiemit wider, Got, den hogsten herren, bittendt, er wolle k.mt. weisheit, stercke, rat und kraft verleihen, alles wol zu erwegen, domit s.k.mt. rumb, ehre und alle wolfart erlangen moge und wider alle feinde sigen. Das verleihe Got. Amen.

Das auch k.mt. sambt m.g.frawen[4] pald nach den feierdagen in dy iacht zihen wil, wunsche ich, so es vortgehet, s.mt. Gottes segen und gluck, und wurt hir weitleuftig gesaget, das s.mt. auf dy musskawittisch grenicz zu besichtigen [sich] begeben wolle. Wo dem also, rate ich trewlich, das sich s.mt. wol fursehe, und wen ich raten solt, kunte ichs s.mt. keins weges raten, den es ist sehr geferlich, das sich so grosse herren in solches einlassen. Hab auch wol mehr den einsten erfaren, das leut darob darnider gelegen. Solt k.mt., da Got der her vohr sey, etwas widerfaren, wurde s.mt. an spetter nacht sein und wurde iederman dy nicht loben, so darzu geraten, ia auch das niemandes widerraten etc.

[*p. 5*] Das ir euch auch gancz gern, so es muglich sein solte, mit mihr bereden wollet, wer ich selbst wol zufriden, solt ich auch alles ligen lassen und zu euch nach Rangnet kumen, so ichs nurt zeitlich verstendiget.

Das ir auch noch bittedt, ab ich noch zu kumen bedacht, das ichs euch eilendes wolle wissen lassen, werdet ir nun aus disen beden schreiben euch zu richten haben, und wil dem also nachkumen, so wurt mein liebe dochter[5] auch noch in 4 wochen aussen[6], und bitte auch, das ir ewern diner nicht verzihen wollet lassen und mihr mit wilferiger antwort bekegen. Das ferdine ich widerumb.

Eins bitte ich noch gancz freuntlich, ir wollet mir vertrewlich zu wissen thun, ab auch ein lanttag von k.mt. angehen werde, wen und an welchem ort und wen s.k.mt. auszihen werde nach Polen, den myr des von Hermsteins schreiben, dis schicke, auch bedencken machet. Befele euch hiemit dem gewaltigen schucz und schirm Christi, unssers heilandes. In eile wy der ander brif datiret. Anno 1554.

*In dorso manu ducis Alberti:* Kuniglicher mt., m.g.frawen, der ku[nigin] zu Polen etc., hofmeister, meinem guten freundt, her Gabriel Derla etc., zu eigner hant etc.

a) *sequitur verbum expunctum.*

z) *sic in ms.*

1) *Ioannes Ocieski.*

2) *Ioannes Boner, procurator magnus Cracoviensis, castellanus Chelmensis.*

3) *Sigismundus ab Herberstein.*

4) *regina Catharina.*

5) *Anna Sophia.*

6) *scil. nuptiarum causa.*

*N. 4191.*

*Labiau, 20.XII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,*
*de summa pecuniae (15000 fl.) sibi mutuo danda.*

*Autogr. Sigill.*
*Cfr. El. XLIII, N. 171.*
*HBA, B, K. 1176.*

Lieber her hofmeister, guter freundt.

Mihr ist dise stund ewer schreiben, das do meldet, wy ich gesuntet, nach Rangnet zu mihr zu kumen und von k.mt. verhoffet, erlaubnus zu erlangen. Wo das beschehe, das ir mihr solches eylendes zuschreiben wolt, wil ewers schreibens warten und mich alspald zu euch zu kumen, sopald mihr ewer schreiben zukumbt, aufsein.

Bedancke mich darneben eweres erbitens der 3000 fl. und 5000 zu Danczig, wywol ich mich verhoffet, es solt dy begerte sumb durch ewern diner gevolget sein, wy ich auch noch hoffe und bitte, das ir mich nicht lassen wollet, so es anderst ymer muglich, und mihr mit der vollen sum der 15000 fl. helfen. Ir solt sehen, das ichs wider umb euch verdinen wil und hoffe, das ir mich nicht geringscheczиger achten werdet als andre etc. Befele euch hiemit Gottes gnedigem schucz und schirm. In eile Labiaw den 20 Decembris umb 9 ur in dy nacht, anno 1554.

Albrecht der elter etc.

*In dorso manu ducis Alberti:* Herren Gabriel Derlein, k.mt. hofmeister, meinem guten freunde, zu eigner hant etc.

*N. 4192.*

*S.l., 22.XII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Ioanni a Waten, civi Cracoviensi,*
*pro pecunia, servitori suo anno superiore ad emenda aliquot vina Cracoviam et in Hungariam misso mutuo data, gratias agit; rogat, ut nunc etiam servitori suo ad emenda vina Hungarica Cassoviam* (Cascha) *misso 100 aureos Hungaricos mutuo dare velit.*

*(Germanice)*
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 237-237v.*

*N. 4193.*

*E Regio Monte, 29.XII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*nobilem Nicolaum Talwisch, Magni Ducatus Lithuaniae incolam, in aula sua*

*aliquandiu versatum et* "modesti hominis officio functum", *commendat et petit, ut inter servitores regios eum recipiat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 852-853.*

*N. 4194.*

*E Regio Monte, 29.XII.1554.*

*Anna Maria et Anna Sophia, uxor et filia ducis Alberti,*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*pro Gertrude Hermensdorff, vidua, conquerente concessas sibi a rege in Comitiis Lublinensibus litteras, quarum auctoritate aliquot lastas salis quotannis sine teloneorum solutione in Magnum Ducatum Lithuaniae asportare ei liceret, a praefectis vectigalium in Lithuania non acceptari.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 849-850.*

*N. 4195.*

*E Regio Monte, 29.XII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*duci in Ołyka [Nicolao Radziwiłł "Nigro"]*
*pro Gertrude Hermensdorff, vidua (cfr. N. praeced.).*

*(Sub textu:* Mutatis mutandis scriptum est Harnostai).

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 850-852.*

*N. 4196.*

*S.l., 29.XII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Erhardo a Kunheim*
*pro commissionibus, ad regundos fines inter regiam Prussiae partem et Ducatum suum attinentibus, sibi missis, gratias agit; novas commissiones mittit et rogat, ut eas cum Regni vicecancellario concordandas et denuo scribendas curet; item transmittit mandatum ad capitaneum quendam regium, subditos suos opprimentem.*

*(Schedula: commendat negotium comitissae Hennebergensis).*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 238-239v.*

An Erhart von Kunheim, den 29 Decembris 54.

Wir haben kurtzverbeygewichener zeit dein schreiben sampt den uberschickten ko[nigliche]n commissionen, die grenitzen zwischen dem ko[nigliche]n theil Preussen und unserm hertzogthum betreffende, bekommen und in demselben deinen fleiss, dessen wir uns in g[nade]n gegen deiner

person bedancken, angemerckt. Wiewol wir nun solche commissiones alle an geburenden orth zu senden entschlossen, so ist uns doch dasselbe aus deme bedencklich zugefallen, das wir in etlichen commissionen spatia zu ansetzung des tages, in etlichen auch, als an die hauptleuthe der empter, ire nahmen ausgelassen befunden. Haben demnach die beysorg gehabt, do wie die tage sampt den ausgelassenen nahmen unsers gefallens darein hetten setzen lassen, es mochte solche tagsatzung den herrn ko[nigliche]n commissarien, weil sie sich hiebevorn gegen uns nach erlangter commission der vergleichung eines tages erbothen, beschwerlich oder ungelegen, auch wegen ungleichheit der handtschrift verdechtig [*f. 238v*] sein. Demnach unsers bedunckens besser, das die commissiones aufs neu, wie wir dieselben mit dem zusatz und verenderung hiemit ubersenden, umbgeschriben und durchaus die vergleichung des tages auf uns und die koniglichen commissarien gestelt. Weil auch in der einen commission des marienburgischen untercemmerers und landtrichters nahmen ausgelassen, und wir in diser eyle ire nahmen, wie auch des von Rogohausen[1], nit wissen mögen, so hastu dieselben aldo zu erfragen und bey deinem hern, dem untercantzler[2], gegen den du uns auf dismal des nit schreibens zu entschuldigen, die befurderung von unserntwegen zu thun, damit die commissiones, wie sie von uns begert, geendert und umbgeschriben, damit also dismals von den commissarien kein hinderniss eingeworfen.

Wir haben auch zeigern bevolhen, das er etwan dem schreiber in der cantzley [*f. 239*] alda, welcher dieselben commissiones umbschreiben wirt, ein verehrung thun soll. Zweifeln nit, du werdest in deme an deinem fleiss nichts erwinden lassen, und des wir nun g[nedigliche]n begeren, darvon sein, damit zeiger solche umbgeschribene commissiones mit sich anher brengen moge.

Wir ubersenden dir auch inligendt ein form eines mandats an heuptman zu Bretichen, von welchem unsers underthanen, des Stollen, leuthe hart und zu grossen unbilligkeit betrangt und belestiget. Solche wollest auch dergestalt bey deinem hern anzubringen fleiss haben und uns dieselbe neben den commissionen zuschicken, dich in dem allen unser g. zuversicht nach also erzeigen. Gereicht uns etc.

A. Monczer

Cedula

Das wir dich uf dem neher schreiben nicht auf alle puncte beantworten, verbleibt derhalben, das wir itzo mit vilen hendeln beladen, achten auch lengicht zu beantworten unnotig. [*f. 239v*] Begeren aber mit gnaden, du wollest dir unser hendel bevolhen sein lassen und sonderlich bey dem hern cantzler[3], Terla und sonsten vleissig anhalten, damit unser mutter, der furstin von Hennebergk[4], handel gefurdert und die briefe mit erstem abgeschickt werden mögen. Daran thustu uns zu gefallen, in gnaden zu erkennen.

H. Sten[drich]

1) *Christophorus Sokołowski, praefectus Rogosnensis.*

2) *Ioannes Przerembski.*

3) *Ioannes Ocieski.*

4) *Elisabeth, comitissa Hennebergensis, socrus ducis Alberti.*

*N. 4197.*

*E Regio Monte, s.d., XII.1554.*

*Albertus dux in Prussia*
*Sigismundo Augusto regi Poloniae*
*notum facit se nuntium regium, Hieronymum Makowiecki, iuxta regis desiderium audivisse et responsum suum oretenus dedisse.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 846.*

# ELENCHUS EPISTULARUM

| Nr. | | | Dat. |
|---|---|---|---|
| ALBERTUS DUX IN PRUSSIA: | | | |
| 3874 | Sigismundo Augusto regi Poloniae | E Regio Monte | 11.II.1553 |
| 3875 | » » | s.l. | 14.II.1553 |
| 3878 | » » | s.l. | 2.III.1553 |
| 3883 | » » | E Regio Monte | 6.III.1553 |
| 3889 | » » | » » | 24.III.1553 |
| 3890 | » » | » » | 26.III.1553 |
| 3891 | » » | » » | 26.III.1553 |
| 3909 | » » | » » | 18.IV.1553 |
| 3910 | » » | » » | 18.IV.1553 |
| 3912 | » » | » » | 25.IV.1553 |
| 3916 | » » | Neuhausen | 30.IV.1553 |
| 3930 | » » | Soldaviae | 13.VI.1553 |
| 3944 | » » | Miechoviae | 15.VIII.1553 |
| 3945 | » » | Secemin | 15.VIII.1553 |
| 3949 | » » | Sochaczew | 22.VIII.1553 |
| 3955 | » » | Hollandt | 4.IX.1553 |
| 3964 | » » | s.l. | 14.IX.1553 |
| 3983 | » » | E Regio Monte | 20.X.1553 |
| 3988 | » » | s.l. | 11.XI.1553 |
| 3994 | » » | E Regio Monte | 21.XI.1553 |
| 4012 | » » | » » | 15.XII.1553 |
| 4016 | » » | » » | 25.XII.1553 |
| 4024 | » » | » » | 6.I.1554 |
| 4025 | » » | » » | 6.I.1554 |
| 4028 | » » | » » | 10.I.1554 |
| 4029 | » » | s.l. | 15.I.1554 |
| 4033 | » » | E Regio Monte | 26.I.1554 |
| 4035 | » » | » » | 4.II.1554 |
| 4040 | » » | » » | 8.II.1554 |
| 4042 | » » | » » | 16.II.1554 |
| 4045 | » » | » » | 18.II.1554 |
| 4061 | » » | Tilsae | 10.IV.1554 |
| 4066 | » » | » | 14.IV.1554 |
| 4070 | » » | E Regio Monte | 16.V.1554 |
| 4077 | » » | » » | 22.V.1554 |
| 4081 | » » | » » | 26.V.1554 |
| 4083 | » » | » » | 31.V.1554 |
| 4085 | » » | » » | 1.VI.1554 |
| 4089 | » » | » » | 10.VI.1554 |
| 4090 | » » | » » | 12.VI.1554 |
| 4098 | » » | » » | 16.VI.1554 |

| Nr. | | | Dat. |
|---|---|---|---|
| 4104 | Sigismundo Augusto regi Poloniae | E Regio Monte | 24.VI.1554 |
| 4106 | » » | » » | 25.VI.1554 |
| 4109 | » » | » » | 1.VII.1554 |
| 4115 | » » | » » | 20.VII.1554 |
| 4116 | » » | » » | 30.VII.1554 |
| 4118 | » » | s.l. | 1.VIII.1554 |
| 4123 | » » | E Regio Monte | 12.VIII.1554 |
| 4125 | » » | » » | 16.VIII.1554 |
| 4133 | » » | » » | 1.IX.1554 |
| 4134 | » » | » » | 1.IX.1554 |
| 4135 | » » | » » | 4.IX.1554 |
| 4137 | » » | » » | 6.IX.1554 |
| 4142 | » » | » » | 22.IX.1554 |
| 4145 | » » | » » | 27.IX.1554 |
| 4146 | » » | » » | 27.IX.1554 |
| 4165 | » » | » » | 20.X.1554 |
| 4171 | » » | » » | 10.XI.1554 |
| 4174 | » » | » » | 16.XI.1554 |
| 4178 | » » | s.l. | 29.XI.1554 |
| 4181 | » » | E Regio Monte | 4.XII.1554 |
| 4193 | » » | » » | 29.XII.1554 |
| 4197 | » » | » » | s.d.XII.1554 |
| 3953 | Annae reginulae Poloniae | Raciąż | 23.VIII.1553 |
| 4050 | Bartholomaeo canonico Vilnensi | E Regio Monte | 24.II.1554 |
| 4021 | Bieliński Iacobo | » » | 29.XII.1553 |
| 3899 | Bojanowski Stanislao | » » | 29.III.1553 |
| 4160 | » » | » » | 16.X.1554 |
| 3866 | Bonae reginae Poloniae | » » | 14.I.1553 |
| 3885 | » » | » » | 6.III.1553 |
| 3886 | » » | » » | 12.III.1553 |
| 3915 | » » | » » | 30.IV.1553 |
| 3924 | » » | » » | 13.V.1553 |
| 3925 | » » | » » | 13.V.1553 |
| 3954 | » » | Raciąż | 24.VIII.1553 |
| 3971 | » » | s.l. | 1.X.1553 |
| 3975 | » » | E Regio Monte | 15.X.1553 |
| 4001 | » » | » » | 24.XI.1553 |
| 4034 | » » | s.l. | m.Ianuario, 1554 |
| 4036 | » » | E Regio Monte | 4.II.1554 |
| 4053 | » » | » » | 29.II.1554 |
| 4128 | » » | s.l. | 23.VIII.1554 |
| 4142 | » » | E Regio Monte | 22.IX.1554 |
| 4169 | » » | » » | 4.XI.1554 |
| 4175 | » » | » » | 16.XI.1554 |
| 4180 | » » | » » | 3.XII.1554 |
| 4185 | » » | » » | 9.XII.1554 |
| 3928 | Boner Ioanni | » » | 20.V.1553 |
| 3926 | Brzeski Ioanni | Soldaviae | 13.VI.1553 |
| 4002 | «capitaneo Lezienski» | E Regio Monte | 24.XI.1553 |
| 3961 | Catharinae reginae Poloniae | » » | 10.IX.1553 |
| 4038 | » » | s.l. | 5.II.1554 |
| 4044 | » » | s.l. | 17.II.1554 |

| Nr. | | | Dat. |
|---|---|---|---|
| 4067 | Catharinae reginae Poloniae | s.l. | 14.IV.1554. |
| 4096 | » » | E Regio Monte | 10.VI.1554 |
| 4108 | » » | » » | 30.VI.1554 |
| 4142 | » » | » » | 22.IX.1554 |
| 4162 | » » | » » | 17.X.1554 |
| 4182 | » » | » » | 4.XII.1554 |
| 3953 | Catharinae reginulae Poloniae | Raciąż | 23.VIII.1553 |
| 3993 | Chodkiewicz Gregorio | s.l. | 20.XI.1553 |
| 3870 | Chodkiewicz Hieronymo | E Regio Monte | 6.II.1553 |
| 3872 | » » | » » | 7.II.1553 |
| 3888 | » » | » » | 18.III.1553 |
| 3966 | » » | » » | 18.IX.1553 |
| 3968 | » » | s.l. | 21.IX.1553 |
| 3989 | » » | E Regio Monte | 18.XI.1553 |
| 4015 | » » | » » | 15.XII.1553 |
| 4072 | » » | » » | 16.V.1554 |
| 4107 | » » | » » | 29.VI.1554 |
| 4159 | » » | » » | 16.X.1554 |
| 4179 | » » | » » | 1.XII.1554 |
| 4103 | Chwalczewski Petro | » » | 16.VI.1554 |
| 3981 | Czema Fabiano | s.l. | 17.X.1553 |
| 3929 | Discordiae Laurentio | E Regio Monte | 28.V.1553 |
| 3919 | Drohojowski Ioanni | Neuhausen | 10.V.1553 |
| 3958 | » » | Hollandt | 4.IX.1553 |
| 3980 | » » | E Regio Monte | 15.X.1553 |
| 4008 | » » | » » | 13.XII.1553 |
| 3940 | Ducibus Masoviae | Cracoviae | 5.VIII.1553 |
| 3919 | Dzierzgowski Nicolao | Neuhausen | 10.V.1553 |
| 4013 | Ferdinando I regi Romanorum | s.l. | s.d.[15.XII.1553] |
| 4069 | Górka Andreae | E Regio Monte | 7.V.1554 |
| 4102 | » » | » » | 17.VI.1554 |
| 4003 | Górka Lucae | Labiau | 29.XI.1553 |
| 4006 | » » | E Regio Monte | 4.XII.1553 |
| 4069 | » » | » » | 7.V.1554 |
| 4102 | » » | » » | 17.VI.1554 |
| 3923 | Henrico II regi Galliae | Neuhausen | 13.V.1553 |
| 3938 | Hosio Ulrico | E Regio Monte | 20.VII.1553 |
| 4161 | » » | » » | 16.X.1554 |
| 4059 | Iłowski Alexandro | E Regio Monte | 6.IV.1554 |
| 4086 | » » | » » | 2.VI.1554 |
| 4163 | » » | » » | 18.X.1554 |
| 3906 | «Ioanni Marschalco, capitaneo in Oza» | » » | 10.IV.1553 |
| 4055 | Ionae Christophoro | s.l. | 5.III.1554 |
| 4087 | Isabellae reginae Hungariae | E Regio Monte | 4.VI.1554 |
| 3876 | Jordan Spytconi | » » | 14.II.1553 |
| 3897 | » » | » » | 28.III.1553 |
| 3970 | » » | » » | 26.IX.1553 |
| 4048 | » » | » » | 20.II.1554 |
| 4062 | » » | Tilsae | 10.IV.1554 |
| 4023 | Kieżgajło Stanislao | E Regio Monte | 29.XII.1553 |

| Nr. | | | Dat. |
|---|---|---|---|
| 4068 | Kłoczewski Adamo | E Regio Monte | s.d.IV.1554 |
| 3967 | Kościelecki Ianussio | » » | 19.IX.1553 |
| 4054 | » » | » » | 5.III.1554 |
| 4188 | » » | » » | 17.XII.1554 |
| 3957 | Kościelecki Ioanni | Hollandt | 4.IX.1553 |
| 3977 | Kretkowski Silvestro | E Regio Monte | 15.X.1553 |
| 4052 | » » | » » | 26.II.1554 |
| 3938 | Kuncewicz Ivano | » » | 20.VII.1553 |
| 4031 | » » | » » | 15.I.1554 |
| 4196 | Kunheim Erhardo | s.l. | 29.XII.1554 |
| 4068 | Lekarkowski Iacobo | E Regio Monte | s.d.IV.1554 |
| 4186 | Lewicki Andreae | » » | 9.XII.1554 |
| 4075 | Lorioto Petro | » » | 17.V.1554 |
| 4130 | Lwowska Ursulae | » » | 30.VIII.1554 |
| 3904 | Łaski Ioanni | » » | 4.IV.1553 |
| 4156 | » » | » » | 15.X.1554 |
| 3867 | Maciejowski Nicolao | » » | 14.I.1553 |
| 4037 | Maciejowski Stanislao | » » | 4.II.1554 |
| 3978 | Mariae reginae Angliae | » » | 15.X.1553 |
| 3986 | » » | » » | 28.X.1553 |
| 4149 | » » | » » | 15.X.1554 |
| 4150 | » » | » » | 15.X.1554 |
| 3921 | Montio Ludovico | » » | 10.V.1553 |
| 3959 | Noskowski Andreae | Hollandt | 5.IX.1553 |
| 4057 | » » | E Regio Monte | 6.IV.1554 |
| 4158 | » » | » » | 16.X.1554 |
| 4170 | » » | » » | 4.XI.1554 |
| 3879 | Ocieski Ioanni | » » | 2.III.1553 |
| 3884 | » » | » » | 6.III.1553 |
| 3892 | » » | » » | 26.III.1553 |
| 3893 | » » | » » | 27.III.1553 |
| 3896 | » » | » » | 28.III.1553 |
| 3905 | » » | » » | 10.IV.1553 |
| 3911 | » » | » » | 18.IV.1553 |
| 3918 | » » | » » | 10.V.1553 |
| 3934 | » » | Soldaviae | 28.VI.1553 |
| 3937 | » » | » | 10.VII.1553 |
| 3950 | » » | Sochaczew | 22.VIII.1553 |
| 3956 | » » | Hollandt | 4.IX.1553 |
| 3965 | » » | E Regio Monte | 15.IX.1553 |
| 3992 | » » | » » | 20.XI.1553 |
| 4065 | » » | Tilsae | 10.IV.1554 |
| 4071 | » » | E Regio Monte | 16.V.1554 |
| 4078 | » » | » » | 23.V.1554 |
| 4140 | » » | » » | 18.IX.1554 |
| 4184 | » » | » » | 5.XII.1554 |
| 3940 | Odrowąż Annae | Cracoviae | 5.VIII.1553 |
| 4101 | Olelkowicz Georgio | E Regio Monte | 16.VI.1554 |
| 4153 | Ostroróg Iacobo | » » | 15.X.1554 |
| 3976 | Ostroróg Stanislao | » » | 15.X.1553 |
| 4004 | » » | » » | 29.XI.1553 |

| Nr. | | | Dat. |
|---|---|---|---|
| 4152 | Ostroróg Stanislao | E Regio Monte | 15.X.1554 |
| 4164 | » » | » » | 18.X.1554 |
| 3979 | Pageto Gulielmo | » » | 15.X.1553 |
| 3987 | » » | » » | 28.X.1553 |
| 4151 | » » | » » | 15.X.1554 |
| 4148 | Philippo regi Angliae | » » | 15.X.1554 |
| 4154 | » » | » » | 15.X.1554 |
| 3946 | Płaza Stanislao | Secemin | 15.VIII.1553. |
| 4011 | » » | E Regio Monte | 14.XII.1553 |
| 3881 | Pohibel Bernardo | » » | 2.III.1553 |
| 3901 | » » | s.l. | 30.III.1553 |
| 3922 | » » | E Regio Monte | 10.V.1553 |
| 3969 | » » | Ragnetae | 25.IX.1553 |
| 4000 | » » | s.l. | 21.XI.1553 |
| 4073 | » » | s.l. | 16.IV.1554 |
| 4074 | » » | s.l. | s.d. 1554 |
| 4112 | » » | s.l. | 2.VII.1554 |
| 4177 | Poley Matthiae | s.l. | 28.XI.1554 |
| 3871 | Pretwicz Bernardo | s.l. | 6.II.1553 |
| 3882 | » » | s.l. | 2.III.1553 |
| 3894 | » » | s.l. | 27.III.1553 |
| 3933 | » » | Soldaviae | 16.VI.1553 |
| 3943 | » » | s.l. | 14.VIII.1553 |
| 4114 | » » | s.l. | 18.VII.1554 |
| 3941 | Przerembski Ioanni | Miechoviae | 14.VIII.1553 |
| 3995 | » » | E Regio Monte | 21.XI.1553 |
| 3996 | » » | » » | 21.XI.1553 |
| 4007 | » » | s.l. | 13.XII.1553 |
| 4027 | » » | E Regio Monte | 6.I.1554 |
| 4043 | » » | » » | 16.II.1554 |
| 4049 | » » | » » | 20.II.1554 |
| 4064 | » » | Tilsae | 10.IV.1554 |
| 4065 | » » | » | 10.IV.1554 |
| 4071 | » » | E Regio Monte | 16.V.1554 |
| 4078 | » » | » » | 23.V.1554 |
| 4088 | » » | » » | 9.VI.1554 |
| 4093 | » » | » » | 15.VI.1554 |
| 4099 | » » | » » | 16.VI.1554 |
| 4105 | » » | » » | 24.VI.1554 |
| 4110 | » » | » » | 1.VII.1554 |
| 4113 | » » | » » | 15.VII.1554 |
| 4117 | » » | » » | 31.VII.1554 |
| 4119 | » » | » » | 1.VIII.1554 |
| 4136 | » » | » » | 4.IX.1554 |
| 4139 | » » | » » | 6.IX.1554 |
| 4157 | » » | » » | 16.X.1554 |
| 4166 | » » | » » | 26.X.1554 |
| 4172 | » » | » » | 10.XI.1554 |
| 3863 | Radziwiłł Nicolao «Nigro» | » » | 6.I.1553 |
| 3865 | » » | » » | 7.I.1553 |
| 3984 | » » | » » | 20.X.1553 |

| Nr. | | | Dat. |
|---|---|---|---|
| 3997 | Radziwiłł Nicolao «Nigro» | E Regio Monte | 21.XI.1553 |
| 4014 | » » | » » | 15.XII.1553 |
| 4026 | » » | » » | 6.I.1554 |
| 4030 | » » | » » | 15.I.1554 |
| 4056 | » » | » » | 15.III.1554 |
| 4079 | » » | » » | 23.V.1554 |
| 4092 | » » | » » | 15.VI.1554 |
| 4093 | » » | » » | 15.VI.1554 |
| 4097 | » » | » » | 10.VII.1554 |
| 4113 | » » | » » | 15.VII.1554 |
| 4126 | » » | » » | 18.VIII.1554 |
| 4131 | » » | » » | 30.VIII.1554 |
| 4134 | » » | » » | 1.IX.1554 |
| 4138 | » » | » » | 6.IX.1554 |
| 4168 | » » | » » | 3.XI.1554 |
| 4187 | » » | » » | 15.XII.1554 |
| 4195 | » » | » » | 29.XII.1554 |
| 3865 | Radziwiłł Nicolao «Rufo» | » » | 7.I.1553 |
| 4100 | » » | » » | 16.VI.1554 |
| 4131 | » » | » » | 30.VIII.1554 |
| 3952 | Reginae Bonae stabuli magistro | Wyszogród | 23.VIII.1553 |
| 4141 | Senatui Cracoviensi | E Regio Monte | 18.IX.1554 |
| 3939 | Sieniawski Nicolao | Cracoviae | 3.VIII.1553 |
| 4017 | » » | E Regio Monte | 15.XII.1553 |
| 3942 | Sieniawski Procopio | Miechoviae | 14.VIII.1553 |
| 4173 | Sienieński Ioanni | E Regio Monte | 10.XI.1554 |
| 3895 | Sieprski Andreae | » » | 28.III.1553 |
| 4058 | » » | » » | 6.IV.1554 |
| 3990 | Skaszewski Stanislao | » » | 18.XI.1553 |
| 4019 | » » | » » | 25.XII.1553 |
| 3953 | Sophiae reginulae Poloniae | Raciąż | 23.VIII.1553 |
| 3864 | Srzeński Felici | E Regio Monte | 6.I.1553 |
| 3873 | » » | » » | 9.II.1553 |
| 3877 | » » | » » | 14.II.1553 |
| 3959 | » » | Hollandt | 5.IX.1553 |
| 3982 | » » | E Regio Monte | 18.X.1553 |
| 3985 | » » | » » | 26.X.1553 |
| 4005 | » » | » » | 2.XII.1553 |
| 4022 | » » | » » | 29.XII.1553 |
| 4041 | » » | » » | 12.II.1554 |
| 4060 | » » | » » | 6.IV.1554 |
| 3962 | Strauss Erasmo | » » | 10.IX.1553 |
| 3880 | Tarło Gabrieli | s.l. | 2.III.1553 |
| 3898 | » » | E Regio Monte | 29.III.1553 |
| 3903 | » » | » » | 31.III.1553 |
| 3907 | » » | » » | 10.IV.1553 |
| 3908 | » » | s.l. | 10.IV.1553 |
| 3914 | » » | s.l. | 28.IV.1553 |
| 3917 | » » | s.l. | 30.IV.1553 |
| 3920 | » » | Neuhausen | 10.V.1553 |
| 3927 | » » | E Regio Monte | 19.V.1553 |
| 3931 | » » | Soldaviae | 13.VI.1553 |

| Nr. | | | Dat. |
|---|---|---|---|
| 3932 | Tarło Gabrieli | Soldaviae | 15.VI.1553 |
| 3935 | » » | » | 28.VI.1553 |
| 3947 | » » | Secemin | 16.VIII.1553 |
| 3948 | » » | Sochaczew | 21.VIII.1553 |
| 3951 | » » | » | 22.VIII.1553 |
| 3960 | » » | Hollandt | 5.IX.1553 |
| 3963 | » » | E Regio Monte | 10.IX.1553 |
| 3998 | » » | s.l. | 21.XI.1553 |
| 3999 | » » | s.l. | 21.XI.1553 |
| 4009 | » » | E Regio Monte | 14.XII.1553 |
| 4010 | » » | » » | 14.XII.1553 |
| 4018 | » » | s.l. | 25.XII.1553 |
| 4055 | » » | s.l. | 5.III.1554 |
| 4063 | » » | Tilsae | 11.IV.1554 |
| 4073 | » » | s.l. | 16.IV.1554 |
| 4076 | » » | s.l. | 17.V.1554 |
| 4080 | » » | s.l. | 23.V.1554 |
| 4082 | » » | s.l. | 30.V.1554 |
| 4084 | » » | s.l. | 31.V.1554 |
| 4091 | » » | s.l. | 13.VI.1554 |
| 4094 | » » | s.l. | 15.VI.1554 |
| 4095 | » » | s.l. | 22.VI.1554 |
| 4111 | » » | sl. | 2.VII.1554 |
| 4120 | » » | s.l. | 1.VIII.1554 |
| 4122 | » » | s.l. | 2.VIII.1554 |
| 4124 | » » | s.l. | 12.VIII.1554 |
| 4127 | » » | s.l. | 18.VIII.1554 |
| 4129 | » » | s.l. | 25.VIII.1554 |
| 4132 | » » | s.l. | 31.VIII.1554 |
| 4143 | » » | s.l. | 25.IX.1554 |
| 4144 | » » | s.l. | 26.IX.1554 |
| 4167 | » » | s.l. | 26.X.1554 |
| 4176 | » » | s.l. | 21.XI.1554 |
| 4183 | » » | s.l. | 4.XII.1554 |
| 4189 | » » | Labiau | 20.XII.1554 |
| 4190 | » » | » | 20.XII.1554 |
| 4191 | » » | » | 20.XII.1554 |
| 4079 | Tarnowski Ioanni | E Regio Monte | 23.V.1554 |
| 4032 | Telonei Caunensis praefecto | » » | 23.I.1554 |
| 4039 | » » | » » | 7.II.1554 |
| 4121 | Tenutario in Taurogi | » » | 2.VIII.1554 |
| 3972 | Tomicki Ioanni | » » | 1.X.1553 |
| 3974 | Trepka Eustathio | » » | 7.X.1553 |
| 4155 | » » | » » | 15.X.1554 |
| 4051 | Tulsick Ioanni | » » | 24.II.1554 |
| 3887 | Victorino Ioanni | » » | 13.III.1553 |
| 4192 | Waten Ioanni | s.l. | 22.XII.1554 |
| 4147 | Wierzbicki Venceslao | E Regio Monte | 27.IX.1554 |
| 4020 | Wilga Nicolao | » » | 29.XII.1553 |
| 4059 | Wilkanowski Adamo | » » | 6.IV.1554 |
| 3913 | Wiraille, Caio de | » » | 27.IV.1553 |
| 3991 | Wunsam Ioanni | s.l. | 18.XI.1553 |

| Nr. | | | Dat. |
|---|---|---|---|
| 3973 | Zborowski Martino | E Regio Monte | 5.X.1553 |
| 4046 | Zebrzydowski Andreae | » » | 18.II.1554 |

ALBERTI IN PRUSSIA DUCIS LOCUMTENENTES:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3936 | Consulibus Caunensibus | E Regio Monte | 4.VII.1553 |

ANNA MARIA DUX IN PRUSSIA:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3869 | Ocieski Ioanni | E Regio Monte | 20.I.1553 |
| 4047 | » » | » » | 18.II.1554 |
| 4194 | Sigismundo Augusto regi Poloniae | » » | 29.XII.1554 |

ANNA SOPHIA FILIA DUCIS ALBERTI:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3869 | Ocieski Ioanni | E Regio Monte | 20.I.1553 |
| 4047 | » » | » » | 18.II.1554 |
| 3868 | Sigismundo Augusto regi Poloniae | » » | 20.I.1553 |
| 4194 | » » | » » | 29.XII.1554 |

GANS BALTHASAR:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3902 | Pohibel Bernardo | s.l. | 30.III.1553 |

OELSNITZ, FRIDERICUS AB:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3900 | Tarło Gabrieli | s.l. | 29.III.1553 |

# INDEX PERSONARUM ET LOCORUM

*Hoc in Indice nulla habetur ratio nominum propriorum in Introductione occurrentium. Numeri ad paginas, non ad numeros documentorum remittunt.*

## Abbreviationes

| | | | |
|---|---|---|---|
| archiep. | – archiepiscopus | consil. | – consiliarius |
| can. | – canonicus | ep. | – episcopus |
| canc. | – cancellarius | opp. | – oppidum |
| cap. | – capitaneus | pal. | – palatinus |
| cast. | – castellanus | secr. | – secretarius |

### A


ABEL D., scriba Cancellariae ducis Alberti, 66, 68, 72-4.
ALBERTUS, dux in Prussia, *passim*.
ALBERTUS V, dux Bavariae, 27, 34, 154, 158.
ALBERTUS iunior, marchio Brandenburgensis, 21, 41, 48-9, 69-72, 74-5, 81, 171-2, 187, 205-6.
ALBERTUS FRIDERICUS, filius ducis Alberti, 42-4, 48, 55, 143, 145.
ALBIS, fl., 157.
ANGLIA, Anglicus, Anglicanus, 23-5, 31-2, 87, 92-3, 101, 200-2, 204.
ANNA reginula Poloniae, 74.
ANNA MARIA, uxor ducis Alberti, 5, 16, 38-44, 48, 50-1, 55, 78-9, 111-12, 126, 134-6, 143, 145, 172, 216, 227.
ANNA SOPHIA, filia ducis Alberti, 5, 16, 39, 40, 78-9, 126, 135-6, 143, 145, 197, 220, 223, 225, 227.
AUGUSTUS, dux Saxoniae, 39, 119.
AURIFABER Andreas, doctor, medicus ducis Alberti, 96.
AUSTRIA, Austriacus, 33, 39, 44, 108, 156.


### B


BACKFARTH Valentinus, musicus regius, 148-9, 219.
BAGIEŃSKI Iacobus, vicecap. in Wąsosz, 109.
BALTICUM mare (Ostsehe), 99.
BAMBERGA (Pamberg), Bambergensis, 41, 71.
BARNIM IX, dux Pomeraniae, 90, 171-2.
BARTHOLOMAEUS, can. Vilnensis, 127.
BARTOLAITIS Caspar, subditus ducis Alberti, 5.
BASILIUS, doctor, physicus ducis Alberti, 104.
BAVARIA (Bayern, Beyren), 27, 33-4, 154, 158.
BAYERSDORF (Beiersdorf), 41.
BEHEMISCH, BEHMISCH *v.* Bohemia.
BEIERSDORF *v.* Bayersdorf.
BELZENSIS (Belsensis), 63.
BEYREN *v.* Bavaria.
BIAŁA, parochia in Ducatu Prussiae, 57.
BIELIŃSKI (Bilinski) Bartholomaeus, 113.
BIELIŃSKI (Bilinski) Iacobus, ep. Lacedaemoniensis, suffr. Plocensis, 113.
BIELIŃSKI (Bilinski) Nicolaus, 113.
BIELSKO (Bielsk, Bilsky), 98-9.
BLASSA *v.* Płaza.
BLASSINA *v.* Płazina.
BLOCHINGER Caspar, scriba Cancellariae ducis Alberti, 16, 18.
BOCK, tabellarius, 60.

BOGNER Antonius, subditus ducis Alberti, 122-3, 128.
BOGNER Urbanus, subditus ducis Alberti, 113.
BOHEMIA, Bohemus, Bohemicus (Behemisch, Behmisch), 69-71, 97, 99, 103-5, 118, 125, 148, 156, 193-6.
BOHIBEL *v.* Pohibel.
BOJANOWSKI Stanislaus, secr. regius, 27-8, 205.
BONA, regina Poloniae, 4, 9, 21, 50, 73-4, 83-6, 100, 112, 121, 123, 128, 133, 156-7, 185, 189, 197, 211, 215, 219-23.
BONER Ioannes, cast. Chelmensis, procurator magnus Crac., 55-6, 224-5.
BONER Severinus, cast. Biecensis, burggravius et procurator magnus Crac., 56.
BRANDENBURGUM (Brandenburgk), Brandenburgensis, 22, 70-2, 74-6, 81, 93, 104, 106, 122, 124, 136-8, 216.
BRANDT (Brant, Prant) Assuerus, cap. Tapiensis, consil. ducis Alberti, 125-6, 185-7, 191, 194-6, 212-13.
BRANDYS (Brandis) Ioannes, proconsul Gedanensis, 21.
BRATIAN (Bretichen), Bratianensis (Brethicensis) districtus, 199, 228.
BRAUNSCHWEIG, BRAUNSCHWIG, BRAUNSWICENSIS *v.* Brunsvicum.
BREITFUSS Iob, armifactor regius, 29.
BREMA (Bremen), 71.
BRESLAW *v.* Vratislavia.
BRESTA (Brissky, Breszitz, Brześć) in Lithuania, Brzestensis arx, 98-9, 129, 143, 145.
BRETICHEN, BRETHICENSIS *v.* Bratian.
BRETWICZ *v.* Pretwicz.
BRUNSVICUM (Braunschweig, Braunschwig, Praunsweig), Brunsvicensis (Braunswicensis), 70-1, 105-7, 121-2, 133, 136-40, 144-7, 150-2, 154, 157-9, 163, 165-7, 171-2, 217.
BRZESKI Ioannes, 50.
BRZESTENSIS (in Cuiavia), 82.
BRZESTENSIS (in Lithuania) *v.* Bresta.
BUCHAU (Bucau), opp. in Wirtemberga, 220.
BUSCENSIS, 100, 102.
BYDGOSTIENSIS, 87-8, 128.
BYDGOSTIENSIS cast. *v.* Kretkowski Silvester.

C

CALISSIENSIS (Calisky), 86, 132-4.
CALISSIENSIS pal. *v.* Zborowski Martinus.
CAMENECENSIS, 126.
CAMENECENSIS ep. *v.* Słończewski Leonardus.
CAMINENSIS, 89, 90.
CAMINENSIS ep. *v.* Wecherau Martinus.
CAROLUS V, imperator, 11, 12, 14, 15, 28-9, 71, 94, 106-8, 137, 157, 217.
CAROLUS, dux Brunsvicensis-Luneburgensis, 70.
CASSOVIA (Cascha, Košice), opp. in Hungaria (nunc in Slovacia), 226.
CATHARINA Austriaca, regina Poloniae, 38-40, 42, 44, 51, 60-1, 75, 77-9, 83-4, 103, 105, 110-12, 123-5, 132-4, 137, 142-5, 148-9, 152, 156-7, 160-3, 170, 172, 182, 184-92, 197, 206, 209, 216, 219, 221, 223, 225-6.
CATHARINA, reginula Poloniae, 74.
CATHARINA, dux Brunsvicensis, filia Henrici ducis Brunsv., 122.
CAUNA, Caunensis (Kaunensis), 24, 61-2, 121, 123, 203.
CETZEMIN v. Secemin.
CHEŁM (Chelm), Chelmensis, 15, 26, 29, 30, 35, 40, 44, 46, 51, 55, 58, 60, 68-70, 73, 77, 79, 97, 103, 105, 110, 112, 126, 225.
CHELMENSIS cap. *v.* Tarło Gabriel.
CHELMENSIS ep. *v.* Uchański Iacobus.
CHODKIEWICZ Gregorius, succamerarius M.D.L., 95.
CHODKIEWICZ (Cothkowitz, Kotkowitz) Hieronymus, cast. Trocensis, cap. Samogitiae gen., 5, 9, 22, 81-2, 93-4, 108, 141, 170, 204, 218.
CHODKIEWICZ Ioannes, filius Hieronymi, 94.
CHRISTIANUS III, rex Daniae, 12, 13, 15, 152-3.

CHRISTIANUS Orbis, Christianitas, Christenheit, 11, 13, 14, 15, 182, 192.
CHRISTOPHORUS, dux Wirtembergensis, 32-3.
CHWALCZEWSKI (Falschofski, Falschowski) Petrus, cap. Cnissinensis, 151, 165.
CLAUGEN Stephanus, servitor ducis Alberti, 76.
CLEIPODIA (Memel, Mimel, Mimela), Cleipodiensis (Memelensis, Mimelensis, Mymlisch), arx in Ducatu Prussiae, 5, 6, 8, 151-2, 178-9.
CLOSCHEWSKI *v.* Kłoczewski.
CNISSINUM (Cznischin), Cnissinensis, 88, 98, 165.
CNISSINENSIS cap. *v.* Chwalczewski Petrus.
COADIUTEM (Koczyce), villa in confinibus Prussiae et Lithuaniae, 150-2, 178, 181, 185, 195.
COLDERLEIN, COLDERLIN *v.* Kolderlein.
CONSTANTINUS *v.* Silvius Constantinus.
COSTELLETZKY *v.* Kościelecki.
COTHKOWITZ *v.* Chodkiewicz.
COVALIENSIS, 190.
CRACOVIA (Crackaw, Krackaw, Krakaw), Cracoviensis, 15-18, 26-30, 34-6, 40, 45-8, 50-1, 56-8, 63-5, 67, 72-5, 78-9, 82-4, 89, 91, 95, 97-100, 105, 115-16, 118, 126, 147, 175, 177, 196, 205, 220, 225-6.
CROKAU (Crocau, Crokaw, Crakau) Reinholdus, civis Gedanensis, 127, 174-5, 177, 196.
CULMENSIS, 21, 131, 135, 145.
CULMENSIS ep. *v.* Lubodzieski Ioannes.
CULMENSIS pal. *v.* Kostka Stanislaus.
CURONIENSIS ep. *v.* Munichhusen.
CZARNKOWSKI Andreas, ep. Posnaniensis, 102, 126.
CZEMA (Zcema, Zema, Zeme) Achatius, pal. Marienburgensis, 15-18, 21, 23-4, 30-1, 36-8, 59, 124, 154, 169-70, 173-4, 209-10.
CZEMA Fabianus, cast. Gedanensis, 88.
CZERCEMIN *v.* Secemin.
CZNISCHIN *v.* Cnissinum.

## D

DAMERAW Augustinus, civis Caunensis, 62-3.
DANCZIG, DANTZIG, DANTZIGK *v.* Gedanum.
DANIA (Denmarck, Dennemarcken, Dennemargkt), 12-14, 99, 152, 154, 157.
DENCK Ioannes, armifactor ducis Saxoniae, 197.
DENMARCK, DENNEMARCKEN, DENNEMARGKT *v.* Dania.
DERLA, DERLE *v.* Tarło.
DERNOFF *v.* Tarnowski.
DEUTSCHLANDT, DEUDSCHLANDT *v.* Germania.
DILSET *v.* Tilsa.
DISCORDIA Laurentius, minister verbi, 56.
DÖRING MARTINUS, aurifaber Varsaviensis, 215.
DROHOJOWSKI Ioannes, ep. Vladislaviensis, 45, 76, 88, 103, 126.
DUNKOWA (Dunckau) Barbara, civis Regiomontana, 221.
DZIADUSKI Ioannes, ep. Premisliensis, 126.
DZIAŁDOWO *v.* Soldavia.
DZIAŁYŃSKI (a Dzialin) Ioannes, pal. Pomeraniae, 21.
DZIERZGOWSKI Nicolaus, archiep. Gnesnensis, 45, 126.

## E

EBERSTEIN *v.* Herberstein.
EDUARDUS VI, rex Angliae, 32-3, 87, 92, 200-1.
EIFLENDER *v.* Livonia.
EILENBURG *v.* Eulenburg.
ELBINGA (Elbing, Elbląg), Elbingensis, opp. in Prussia Regali, 19, 21, 146, 166, 179, 188-9, 204.
ELBINGENSIS cast. *v.* Konopacki Georgius.
ELISABETH, marchionissa Brandenburgensis, comitissa Hennebergensis, socrus ducis Alberti, 103-7, 117-18, 124-5, 133-4, 136-8, 142, 170-2, 182-4, 195-6, 216, 219, 227-8.

ELISABETH, filia ducis Alberti, 39, 40, 143, 145.
ERICUS, dux Brunsvicensis, 106-7, 136-8, 217.
ERICUS, princeps Sueciae, 189.
ERMELANDT *v.* Varmia.
EULENBURG (Eilenburg) Boleslaus, baro ab, 108-9.
EWERSTEIN *v.* Herberstein.

F

FALSCHOWSKI *v.* Chwalczewski.
FENTZELL (Ventzell) Laurentius, servitor ducis Alberti, 92-3, 193, 200-2.
FERBER Georgius, senator Gedanensis, 66.
FERDINANDUS I, rex Romanorum, 27-31, 36, 40, 42, 74-5, 84, 99, 104-7, 111, 117-19, 124-5, 134, 136-8, 140, 142, 146, 156-9, 163, 168, 170-2, 182-4, 186-7, 192, 217, 219.
FERDINANDUS, archidux Austriae, filius Ferdinandi I, 60-1, 99, 156-7.
FLUBACH Leonardus, pharmacopola Regiomontanus, 218.
FORCHHEIM (Forcheim), opp. in Franconia, 41.
FRANCIA, FRANCKREICH *v.* Gallia.
FRANCISCUS III, dux Mantuae, 39, 40, 42.
FRANTZ Ioannes, civis Regiomontanus, 24.
FRIDERICUS III, dux Legnicensis, 60-1.
FRISIA (Frisslandt), Frisius, 56, 93-4.

G

GALEN, Henricus a, magister Ordinis Theutonicorum in Livonia, 12, 165, 167.
GALLIA (Francia, Franckreich), Galli, 9, 13, 14, 32, 39, 49, 148-50, 157, 163.
GANS Balthasar, secr. ducis Alberti, 18, 29, 31, 42, 56, 65, 84-5, 108, 119-20, 144, 192.
GARSDEN *v.* Gorżdy.
GEDANUM (Danczig, Dantzig, Dantzigk), Gedanensis (Danczker, Dantzker), 4, 13, 21, 23, 28, 30, 37, 54, 78-9, 83, 88-90, 95-6, 98-9, 127, 140, 146-7, 153, 166, 168-70, 174, 198-9, 207, 222, 224, 226.
GELLERLEIN Bernardus, pharmacopola, 98-9.
GEORGENBURGUM (Gorgenburgk), arx et praefectura in Ducatu Prussiae, 16, 17.
GERMANIA (Deudschlandt, Deutschlandt), Germanus, Germanicus, 12, 26, 32, 39, 40, 71, 75, 80-1, 84-5, 101, 106-7, 118, 121-2, 140, 150, 155, 162-3, 166-7, 176, 187, 216.
GERMANIA INFERIOR (Niderlande), 99, 192.
GNAPHEUS Gulielmus, theologus, 203.
GNESNENSIS (Gnesensis), 45, 126.
GNESNENSIS archiep. *v.* Dzierzgowski Nicolaus.
GOLCZEWSKI (de Golczewo Sieprski) Andreas, pal. Ravensis, 26, 47-8, 129-30.
GOLIŃSKA Anna, 5.
GOŁĄBKI (Golumbki), pagus, 88, 124.
GORŻDY (Garsden), Garsdensis, opp. in Samogitia, 5, 6, 8, 22.
GÓRKA, Andreas a, castellanides Posnaniensis, 139, 165.
GÓRKA (comes a Gorcka), Lucas a, cap. Buscensis, 100, 102, 139, 165.
GRABOWIECKI Gabriel, nuntius regis Poloniae, 164-5.
GRANENSIS, 4.
GRAUDEN, silva, 24.
GRODNENSIS, 4.
GROLOCH Iacobus, civis Regiomontanus, 9.
GRUDENTINUS, 218.
GULIELMUS, marchio Brandenburgensis, archiep. Rigensis, 80-1, 93-4, 199.
GUSTAVUS I, rex Sueciae, 132-4, 189, 222-3.

H

HACK Albertus, scriba Cancellariae ducis Alberti, 35, 138.
HANSA (Ansa), Hanseaticae civitates, 207-8.

HARDER Lucas, civis Regiomontanus, 82, 100, 170, 219.
HEIDENSTEIN Bernardus, civis Regiomontanus, 62, 82, 121, 170, 204, 206.
HEILSSBERG *v.* Lidzbark.
HEINCZ, armifactor, 55, 60.
HENNEBERGK, HENNEBERGENSIS *v.* Elisabeth comitissa Hennebergensis.
HENRICUS, dux Brunsvicensis, 105-7, 122, 136-40, 144-7, 150, 152-4, 157-9, 166-7, 171-2, 217.
HENRICUS II, rex Galliae, 9, 10, 13, 15, 39, 40, 49, 148-50, 157, 163.
HERBERSTEIN (Eberstein, Ewerstein, Hermstein, Hewerssstein), Sigismundus ab, orator Caroli V et Ferdinandi I, 143-4, 186-7, 225.
HERBIPOLIS (Würzburg, Wirtzburgk), Herbipolensis, 41-2, 71-2.
HERMAN Valentinus, civis Elbingensis, 179, 195.
HERMENSDORFF Gertrudis, vidua Martini Hermensdorff, subdita ducis Alberti, 5, 126, 135, 227.
HERMSTEIN *v.* Herberstein.
HESS Andreas, armifactor ducis Alberti, 162-3, 190-1, 197.
HEWERSSTEIN *v.* Herberstein.
HISPANIA, 201.
HOENECK *v.* Hoheneck.
HOFMAN Ioannes, subditus ducis Alberti, 152-3.
HOHENECK (Hoeneck), iugum montis, 41.
HOLLANDT (Pasłęk), opp. in Ducatu Prussiae, 74-8.
HOLSATIA (Holstein), 152, 154, 157.
HOPPEN Ioannes, subditus ducis Alberti, 152.
HORNOSTAJ (Harnostai) Ioannes, pal. Novogrodensis, 227.
HOSIUS Stanislaus, ep. Varmiensis, 16, 21, 31, 78-9, 188-9.
HOSIUS Ulricus, teloneator Caunensis, 62, 206.
HUNGARIA (Hungern, Ungerlandt, Ungern), Hungaricus (Ungaricus, Hungrisch), 30, 33-4, 79, 95, 125, 155, 184, 220, 223-4, 226.

I

IŁOWSKI Alexander, cast. Zakroczymensis, 129-30, 154, 206.
INSTERBURGENSIS, 34, 214-15.
IOACHIMUS II, elector Brandenburgensis, 136-7, 172.
IOANNES, marchio Brandenburgensis, 74-6, 85, 122, 136-7, 171, 217.
IOANNES, princeps Sueciae, 189.
IOANNES IV Basilides, m. dux Moscoviae, 10-12, 80-1, 98-9, 166-7, 208.
IOANNES ALBERTUS, dux Megapolensis, 145, 147, 150, 152, 158-9, 161, 173, 197.
IOANNES FRIDERICUS, elector Saxoniae, 118-19, 122.
IOANNES SIGISMUNDUS, filius Ioannis Zápolya, 155-6, 173.
IOHANNISBURGUM (Johansburgk, Johanspurgum), arx in Ducatu Prussiae, 13, 57, 109, 115.
ISABELLA, regina Hungariae, 155, 172-3.
ITALICUS, 48-9.
IUDAEI, 4, 114.
IULIUS III papa, 10-12, 34, 148-50.

J

JANIWITTER, subditus regius, 89.
JAWOR (Jauer), opp. in Silesia, 61.
JESKI Paulus, civis Gedanensis, 89, 90.
JOHANSBURGK, JOHANSPURGUM *v.* Iohannisburgum.
JOHN Nicolaus, cellarius ducis Alberti, 95.
JONAS (Ionas) Christophorus, doctor, consil. ducis Alberti, 4, 35, 60, 72, 125-6, 128, 135, 153, 211.
JORDAN Spytco, de Zakliczyn, cast. Sandecensis, thesaurarius R.P., 12, 26, 84, 126, 131-2, 135-6.

K

KAUNENSIS *v.* Cauna.
KIEŻGAJŁO Stanislaus, dapifer M.D.L., 29, 114.

KLO Lucas, civis Regiomontanus, 215.
KŁOCZEWSKI (Closchewski) Adamus, cap. Lomzensis, 138.
KMITA (Kmitha) Petrus, pal. Crac., R.P. marscalcus, 17, 18, 95, 98-9.
KOCZYCE *v.* Coadiuten.
KOLDERLEIN (Colderlein, Colderlin) Ioannes, pharmacopola, 95-6, 103.
KOLNO, opp. in Masovia, 197.
KONOPACKI (de Konopath) Georgius, cast. Elbingensis, 21.
KOPPEN Ioannes, civis Gedanensis, factor regius in Samogitia, 151.
KORCZYN (Kortzin) *v.* Nova Civitas Korczyn.
KOSTKA (Koska, Kosska) Stanislaus, pal. Culmensis, thesaurarius terrarum Prussiae, 15, 16, 131, 135, 144-5, 193.
KOŚCIELECKI Ioannes, pal. Siradiensis, Maioris Poloniae cap., 76, 82, 128, 221.
KOŚCIELECKI (Costelletzky), nobiles, 133.
KOTKOWITZ *v.* Chodkiewicz.
KRACKAW, KRAKAW *v.* Cracovia.
KRETKOWSKI Silvester, cast. Bydgostiensis, 87-8, 128.
KROŻE, opp. in Samogitia, 94, 112.
KROŻE, cap. in, *v.* Skaszewski Stanislaus.
KUNCEWICZ (Kuntzewitz) Ivanus, teloneator Caunensis, 62, 120.
KUNHEIM, Georgius a, servitor ducis Alberti, 192.
KUNHEIM, Erhardus a, servitor reginae Bonae, 191-2, 195, 227.

L

LABIAU (Labiaw), arx in Ducatu Prussiae, 100-1, 221, 223, 226.
LACEDAEMONIENSIS ep. v. Bieliński Iacobus.
LANG (Langus) Ioannes, doctor, orator regis Romanorum, 82-4.
LATINUS, 167, 169, 189.
LAUTERBERGENSIS districtus, 199.
LEGNICENSIS, 60-1.
LEHENDORFF (Lehndorff), Fabianus a, cubicularius ducis Alberti, 128, 161, 172-3.
LEHENDORFF, Melchior a, servitor reginae Poloniae Catharinae, 25, 97-9, 171.
LEKARKOWSKI (Lecorkowski) Iacobus, iudex Zambroviensis, 138.
LEOPOLIS (Lembergk), Leopoliensis, 62, 82-3.
LEWICKI Andreas, cap. Pomnichoviensis, 220.
LICCENSIS, 88, 92.
LIDZBARK WARMIŃSKI (Heilssberg, Helspergk), 16, 78.
LITHUANIA (Littawen Lythuania), Lithuanus, Lithuanicus (Littisch), 11, 24, 27, 62, 80, 82-3, 89-91, 96-7, 109, 114, 116-21, 129, 135, 139, 141, 147, 157, 168-9, 175, 177, 181, 194-6, 206, 211-12, 216, 226-7.
LIVONIA, Livonienses (Eiflender), 12, 80, 93-4, 120, 133, 165-6, 169, 208.
LOHMÜLLER Ioannes, iuris licentiatus, consil. ducis Alberti, 6.
LOMZA *v.* Łomża.
LONDINENSIS, 201.
LORIOTUS Petrus, «vir eruditus», 142.
LUBECA, Lubecensis, 140, 208.
LUBLINENSIS, 123, 227.
LUBODZIESKI Ioannes, ep. Culmensis, 21.
LUMBSSE *v.* Łomża.
LUNEBURGENSIS, 70-1.
LWOWSKA de Sieprc Ursula, cast. Covaliensis, 190.
LYTHUANIA *v.* Lithuania.

Ł

ŁASKI (a Lasko) Ioannes, reformator, 31, 203.
ŁOKNICKI Ioannes, 190.
ŁOMŻA (Lomza, Lumbsse), Lomzensis, Lomsensis, opp. in Masovia, 13, 82, 84, 109, 138.
ŁUBNICKI Ioannes, 141.

M

MACIEJOWSKI Nicolaus, 4.

MACIEJOWSKI Stanislaus, cast. Sandomiriensis, 123.
MAKOWIECKI Hieronymus, nuntius regius, 229.
MALESZYCE (Malezciza, Małoszyce), villa in Minore Polonia, 67.
MANTUA, 38-40, 42.
MARIA, regina Angliae, 87, 92, 200-1.
MARIENBURGUM, Marienburgensis (Marienburgisch), arx in Prussia Regali, 15, 16, 18, 19, 21, 23, 30-1, 36-8, 124, 131, 135, 144, 154, 169, 173, 193-4, 205, 207, 209, 228.
MARIENBURGENSIS pal. *v.* Czema Achatius.
MARSCHALCUS Ioannes, «cap. in Oza», 34.
MASOVIA (Mazovia) Masovitae (Mazovitae), 13, 18, 64, 66, 77, 91, 105, 109, 115, 130, 197-9.
MATHILDIS, soror Alberti V ducis Bavariae, 33-4.
MAURITIUS, elector Saxoniae, 69-71.
MAZOVIA, MAZOVITAE *v.* Masovia.
MECHOWA *v.* Miechovia.
MEGAPOLIS (Meckelburg), Megapolensis (Megalburgensis, Meckelpergisch), 145, 147, 150, 158, 161-3, 167, 172-3, 197, 222-3.
MEMEL, MEMELENSIS *v.* Cleipodia.
MEVENSIS, 21.
MIECHOVIA (Mechowa, Miechów), opp. in Minore Polonia, 47-8, 64-7, 83, 105.
MIĘDZYRZECENSIS, 87, 101, 202, 207, 209.
MIĘDZYRZECENSIS cast. *v.* Ostroróg Stanislaus.
MIKOWICZ (Mikowitz) Georgius, subditus regius, 214.
MILESKA, domina, 218.
MIMEL, MIMELA, MIMELENSIS *v.* Cleipodia.
MNISZECH Nicolaus, cubiculi regii praefectus, 60-1.
MONTIUS Ludovicus, Mutinensis, 48.
MONTZER *v.* Muntzer.
MOSCOVIA (Moschovia), Mosci, Moscovitae (Moskowitter, Muscovitae), Moscoviticus (Musskawittisch), 10-12, 29, 80, 98, 166, 207-8, 223, 225.
MUNICHHUSEN, Ioannes a, ep. Curoniensis, 165, 167.
MUNTZER (A.M., Monczer, Montzer, Monzer, Muncerus, Munczer) Andreas, secr. ducis Alberti, 8, 10, 12, 15, 20-1, 23-4, 26-8, 30, 35-6, 45-9, 51, 63, 90-4, 96-7, 104, 107-9, 117-20, 122, 125, 135, 137, 140, 146-7, 149, 151-2, 154-6, 158-60, 163, 167-9, 171-5, 178-9, 181-2, 184-5, 188-9, 192, 194-6, 198-9, 201, 203-4, 206-8, 210, 213, 215, 218, 228.
MUTINENSIS *v.* Montius.
MYMLISCH *v.* Cleipodia.

N

NAMESCHNICK Lucas, Lithuanus, 211.
NEIDENBURGENSIS, 88, 91, 124.
NEUHAUSEN (Nova Domus), arx in Sambia, 43-7, 49.
NEUKLOSTER (Neucloster), locus prope Vismariam, 220.
NEUMARK (Neumarckt, Nowe Miasto), opp. ad fl. Drwęca, 16.
NIDERLANDĖ *v.* Germania Inferior.
NORIMBERGA (Nürnberg), Norimbergenses, 41,71.
NOSKOWSKI Andreas, ep. Plocensis, 76, 92, 115-16, 126, 129, 204, 211.
NOVA CIVITAS Korczyn (Kortzin), 82, 84.
NOVA DOMUS *v.* Neuhausen.
NOWE MIASTO *v.* Neumark.
NÜRNBERG *v.* Norimberga.

O

OCIESKI (Oczieski, Ozieski) Ioannes, R.P. canc., 5, 15, 20, 25-6, 28-31, 33-4, 36, 38, 45, 59, 61-2, 69, 70, 72-3, 75, 81, 83-4, 89, 90, 95, 126, 135, 141, 147, 153, 196, 220, 224-5, 228.
ODROWĄŻ Anna (die fraw Odrowaschin), e ducibus Masoviae, 64-6.
ODROWĄŻ Stanislaus, pal. Russiae († 1545), 64, 66.
OELSNITZ (Olnitz, Olschinitz, Olsnitz), Fridericusz ab, marscalcus ducis Alberti, 29, 47-8, 62, 85, 100-2, 121-2.

OLELKOWICZ Georgius, dux Slucensis, 164.
OLOMUCIUM (Ulmitz), 41.
OLSCHINITZ, OLSNITZ *v.* Oelsnitz.
OLSTINENSIS (Ostinersis), 34.
OŁYKA (Olicka, Olika), dux in, *v.* Radziwiłł Nicolaus «Niger».
ORLINGEN, opp., 41.
OSTINERSIS *v.* Olstinensis.
OSTROŁĘKA, 112.
OSTRORÓG Iacobus, 202.
OSTRORÓG (Ostroroch, Ostrorock) Stanislaus, cast. Międzyrzecensis, 87, 101, 126, 202, 205, 207, 209-10.
OSTSEHE *v.* Balticum mare.
OZA, 34.
OZIESKI *v.* Ocieski.

P

PACKERAW, bona, 29.
PAGETUS Gulielmus, consil. regum Angliae, 87, 93, 201.
PALANGEN *v.* Połąga.
PAMBERG *v.* Bamberga.
PARCZEW (Partzoff), opp., 132.
PASŁĘK *v.* Hollandt.
PERERESEL, locus, 34.
PETER (Petrus), faber ducis Alberti, 183.
PETRICOVIA (Petrikaw), 133.
PHILIPPUS dux Brunsvicensis-Luneburgensis, 70.
PHILIPPUS I dux Pomeraniae, 90, 171-2.
PHILIPPUS II princeps Hispaniarum, rex Angliae, 200-2.
PISSAI, fl., 121.
PLASSENBURG, arx Alberti iunioris, marchionis Brandenburg., 172.
PLAUEN *v.* Reuss.
PLOCENSIS *v.* Płock.
PLOCENSIS ep. *v.* Noskowski Andreas.
PLOCENSIS pal. *v.* Srzeński Felix.
PŁAZA (Blassa, Plasa, Plassa) Stanislaus, Masovita, 67-8, 105.
PŁAZINA (Blassina), vidua, 67.
PŁOCK (Ploczka), Plocensis, 3, 9, 13, 76-7, 88, 91-2, 101, 113, 115, 124, 126, 129-30, 199, 204-5, 207, 209, 211.
PODOLIENSIS (Podollisch), 18.
POHIBEL (Bohibel, Pohiebel) Bernardus, secr. Gabrielis Tarło, 16, 29, 31, 49, 82, 98-100, 103-5, 132, 134, 142, 144, 153, 173, 186, 221-2.
POLENTZ (de Polentis), Theophilus de 190.
POLEY Matthias, servitor comitum a Górka, 216.
POLOCENSIS, 99.
POLONIA, POLONI, *passim.*
POLONIA MAIOR, 76, 82, 128, 221.
POLONIAE MAIORIS cap. gen. *v.* Kościelecki Ioannes.
POŁĄGA (Palangen), opp. et bona in Samogitia, 199.
POMERANIA, 21, 90, 145-7, 158-9, 166, 168, 171.
POMNICHOVIENSIS cap. *v.* Lewicki Andreas.
PON Benedictus, subditus ducis Alberti, 152-3.
POSNANIA, Posnaniensis (Posnisch), 86, 101-2, 122, 126, 145, 147, 168-9, 202-3, 216, 221.
PRANT *v.* Brandt.
PRAUNSWEIG *v.* Brunsvicum.
PREDBORST *v.* Przedbórz.
PREMISLIENSIS, 126.
PRETWICZ (Bretwicz, Pretwicius) Bernardus, cap. Trembovlensis, 9, 18, 25, 58, 64-5, 132-4, 143-4, 146, 168-9, 176.
PRUSSIA, PRUTHENI, *passim.*
PRZEDBÓRZ (Predborst), opp., 47-8.
PRZEREMBSKI Ioannes, R.P. vicecanc., 64, 66, 96, 103, 117, 125-7, 134-5, 141, 147, 153, 156, 161, 165, 167, 172, 174, 177-9, 181, 185, 187, 192, 194-5, 204-7, 209-10, 212, 218, 222-3, 228.

Q

QUIRNEWITZ *v.* Skierniewice.

R

RACIĄŻ (Radtzunss), opp. in Masovia, 47-8, 74.
RACZKOWSKI (Ratzkowski) Albertus,

aurifaber Crac., 175, 177, 196.
RADZIWIŁŁ (Raczywill, Radiwil) Nicolaus «Niger», dux in Ołyka (Olicka, Olika), pal. Vilnensis, M.D.L. canc., 3, 26-7, 29, 33-4, 89, 90, 96, 108, 116-17, 120, 129, 147, 160-1, 163, 174, 177-8, 185, 188, 190, 193, 195, 211, 213, 220, 222, 227.
RADZIWIŁŁ Nicolaus Rufus, dux in Dubinki et Birże, pal. Trocensis, 3, 164, 185, 190.
RAGNETA (Ragnet, Ragnit, Rangnit), Ragnetensis, arx in Ducatu Prussiae, 82, 84, 151-2, 160, 182-3, 186, 190-1, 223, 225-6.
RAMESCH Petrus, 219.
RAVENSIS (Ravski), 26, 46-7, 129-30.
RAVENSIS pal. *v.* Golczewski Andreas.
REDWITZ, Vigandus de, ep. Bambergensis, 41-2, 71-2.
REUSS a Plauen Henricus, canc. Regni Bohemiae, 69-71, 163.
REUSSEN *v.* Russia.
RHENUS (Renus) Rhenensis (Reinisch), fl., 79, 142, 144, 158, 163.
RHETICUS Ioachimus, mathematicus, astronomus, medicus, 97, 99.
RICHTER Franciscus, civis Vilnensis, 3.
RIGA, Rigensis, 80-1, 93-4, 166, 199, 208.
RIGENSIS archiep. *v.* Gulielmus marchio Brandenburgensis.
RITTER Georgius, civis Toruniensis, 18-21.
RODOFSKI *v.* Rudowski.
ROGHAUSEN (Rogohausen, Rogoźno), Rogosnensis (Rogoznensis), 86, 199, 209-10, 228.
ROMANUM IMPERIUM (Romisches Reich), 14, 49, 50, 108, 136-8, 140.
ROMA (Rom, Romb), Romanus (Romisch), 11, 14, 27-8, 30-1, 34, 36, 40, 42, 74-5, 99, 104-7, 111, 117-19, 124-5, 134, 136-8, 163, 168, 170-1, 182, 184, 186, 192, 217, 219.
RUDOWSKI (Rodofski), subditus regius, 151, 170.
RUSSAU Albertus, 4, 21, 100, 128, 219.
RUSSIA (Reussen), 17, 64, 66, 110, 126, 133.
RYCHWALSKI Albertus, 82.

S

SACHASCHEWA *v.* Sochaczew.
SAMBIA, 29.
SAMOGITIA (Samogithia), 5, 9, 22, 24-5, 81-2, 89-91, 93, 96-7, 108, 116-20, 129, 141, 166, 170, 178-9, 185, 199, 204, 218.
SAMOGITIAE cap. *v.* Chodkiewicz Hieronymus.
SANDECENSIS, 34, 131.
SANDOMIRIENSIS, 123.
SAXONIA, 39, 70-1, 118-19, 121-2, 197.
SCHEMBEL Caspar, 3.
SCHLEGELS gutt (bona cuiusdam Schlegel), 29.
SCHMALTZ Balthasar, civis Posnaniensis, 221.
SCHUKOWITZ *v.* Szukowicz.
SCHULTETI *v.* Sculteti.
SCHULTZ (Schultheis) Gregorius, scriba Cancellariae ducis Alberti, 30, 145, 162, 190.
SCHUTZBAR Volfgangus, magister gen. Ordinis Theutonicorum, («dominus de Tullingen»), 80-1, 140, 145-7, 154, 158-9.
SCHWAB, subditus ducis Alberti, 120.
SCHWEDEN *v.* Suecia.
SCHWEICKSNO *v.* Szweksznie.
SCHWEINFURT, opp. in Bavaria, 172.
SCULTETI (Schulteti) Alexander, can. Varmiensis, 35, 77-9.
SECEMIN (Cetzemin, Czercemin, Zetzemin), opp. in Minore Polonia, 47-8, 67-9.
SIENIAWSKI (a Szieniawa) Nicolaus, pal. Russiae, 63, 110, 126.
SIENIAWSKI Procopius, dapifer Leopoliensis, 65.
SIENIEŃSKI (a Sienno) Ioannes, 213.
SIEPRSKI *v.* Golczewski.
SIERMIERSKI, Masovita, 13.
SIGISMUNDUS I, rex Poloniae († 1548), 10, 12, 175.
SIGISMUNDUS AUGUSTUS, rex Poloniae, *passim.*
SILESIA, 61.
SILVIUS (Sylvius, C.S.) Constantinus, secr. ducis Alberti 13, 24, 29, 37, 39, 40, 43-4, 57-8, 62, 64, 75, 77, 101-2, 113, 116, 129, 131, 136, 141, 211-12, 214, 218.

SIRADIENSIS, 76, 82.
SIRADIENSIS pal. *v.* Kościelecki Ioannes.
SKASZEWSKI Stanislaus, cap. in Kroże, 112.
SKIDELIENSIS cap. *v.* Victorinus Ioannes.
SKIERNIEWICE (Quirnewitz), 47-8.
SKRZYNECKI Gulielmus, exul Bohemus, 97, 99, 105, 148, 156-7, 196.
SKRZYNECKI (Skrzinetzki) Samson, Bohemus, 193.
SLUCENSIS dux *v.* Olelkowicz.
SŁOŃCZEWSKI Leonardus, ep, Camenecensis, 126.
SOCHACZEW (Sachaschewa, Zachaczowa, Zachatzowa), Sochaczeviensis, 47-8, 69, 70, 72-3, 83.
SOKOŁOWSKI Christophorus, praef. Rogosnensis, 210, 228.
SOLDAVIA (Soldaw, Solda, Działdowo), Soldaviensis, 57-62, 220.
SOLEWA *v.* Sulejów.
SOLIMANUS II, imperator Turcarum, 34, 163.
SOPHIA, reginula Poloniae, 74.
SPERLING Michael, 37.
SRZEŃSKI Felix, pal. Plocensis, 3, 9, 13, 76, 88, 91, 101, 113, 115-16, 124, 126, 129-30, 199, 205-7, 209-10.
STENDRICH Henricus, scriba Cancellariae ducis Alberti, 69, 150, 228.
STOLBOWITZ Andreas, vicarius in ecclesia s. Stanislai Vilnae, 127.
STOLBOWITZ Caspar, servitor ducis Alberti, 127.
STOLL Valentinus, subditus ducis Alberti, 228.
STRADAUNENSIS, 88.
STRASBURGENSIS, 199.
STRAUSS Erasmus, civis Crac., 79.
STREITBURG, 41.
STUMENSIS, 21, 199.
SUECIA (Suetia, Schweden, Sweden), 132-3, 189, 221-2.
SULEJÓW (Solewa), 47-8.
SWEDEN *v.* Suecia.
SYLVIUS *v.* Silvius.
SZREŃSK (Srzenski), 47-8.
SZUKOWICZ (Schukowitz) Nicolaus, 9.
SZWEKSZNIE (Schweicksno), opp. in Samogitia, 5.

T

TALWISCH Nicolaus, 226.
TAPIAU (Tapiaw), Tapiensis, arx in Ducatu Prussiae, 125, 185, 191, 212-23.
TAPIENSIS cap. *v.* Brandt Assuerus.
TARŁO (Derla, Derle, Terla, Therla) Gabriel, cap. Chelmensis, magister curiae reginae Catharinae, 15-18, 26-7, 29, 30, 35-6, 40, 44, 46, 49, 51, 58, 60-1, 68-70, 73, 77, 79, 82, 84, 97-8, 100, 103, 105, 110, 112, 125, 128, 132, 142, 148-9, 152-3, 160-2, 172-4, 178, 182, 185-91, 197, 207, 209, 216, 219, 221, 223, 225-6.
TARNOVIA (Tarnaw), opp., 17.
TARNOWSKI (comes a Tharnau, her von Dernoff) Ioannes, cast. Crac., exercituum R.P. cap., 126, 132-4, 147.
TARNOWSKI Nicolaus, subditus ducis Alberti, 139.
TARTARI (Thattern), 66.
TAUROGI (Tauraggen), opp. in Samogitia, 185.
TETZINSSKY, servitor ducis Alberti, 36.
TĘCZYŃSKI (comes a Thantzin) Ioannes, pal. Sandomiriensis ( 1553), 126.
THALAU Georgius, subditus ducis Alberti, 26.
THARNAU *v.* Tarnowski.
THATTERN *v.* Tartari.
THERLA *v.* Tarło.
THEUTONICORUM Ordo, 80, 139-40, 145-7, 154, 158-9.
TILSA (Dilset, Tilsit, Tilss), Tilsensis, arx et opp. in Ducatu Prussiae, 85, 120, 131-2, 134-6, 151, 185.
TOMICKI Ioannes, cast. Rogosnensis, 86.
TORUNIA (Turonia, Thoronium), 169.
TREMBOVLENSIS cap. *v.* Pretwicz Bernardus.
TREPKA Eustathius, 86, 202.
TROCENSIS, 3, 5, 81-2, 93, 108, 141, 164, 170, 190, 204.
TROCENSIS cast. *v.* Chodkiewicz Hieronymus.

TROCENSIS pal. *v.* Radziwiłł Nicolaus «Rufus».
TRUTOWSKI Lucas, 5.
TULLINGEN *v.* Schutzbar.
TULSICK Ioannes, civis Vilnensis, 127.
TURCAE, Turcicus (Turkisch), 9, 18, 31, 33-4, 49, 84, 100, 163, 182, 184.

U

UCHAŃSKI Iacobus, ep. Chelmensis, 126.
UJAZD (Ujast), opp. in Masovia, 47-8.
ULMITZ *v.* Olomucium.
UNGERLANDT, UNGERN, UNGRISCH *v.* Hungaria.

V

VALACHIA (Wallachia), Valachus (Wallache), Valachicus (Wallachisch), 26-7, 30, 35-6, 63-4, 187.
VARMIA (Ermelandt) Varmiensis (Warmiensis), 16, 21, 31, 35, 79, 188-9.
VARSAVIA, (Warschaw), Varsaviensis, 21, 85, 215, 222.
VENETIAE, 148.
VICTORINUS Ioannes, cap. Skideliensis, 22.
VIENNA (Wien, Wihn), 34.
VENTZELL *v.* Fentzell.
VILNA (Wilna, Wilde, Willn), Vilnensis, 3, 7, 17, 19, 27, 29, 37, 127, 180, 190-2, 221-4.
VILNENSIS pal. *v.* Radziwiłł Nicolaus «Niger».
VIRAL *v.* Wiraille.
VISMARIA (Vismarium, Wismar), 220.
VISNENSIS *v.* Wizna.
VISTULA, fl., 128.
VLADISLAVIENSIS (Wladislaviensis), 45, 76, 88, 103, 126.
VLADISLAVIENSIS ep. *v.* Drohojowski Ioannes.
VOGELWEIDER Eustachius, servitor ducis Alberti, 3.
VOISLAVSKI *v.* Wojsławski.
VRATISLAVIA (Breslaw), 41.

W

WAGENSCHOS *v.* Wąsosz.
WALLACHIA, WALLACHE, WALLACHISCH *v.* Valachia.
WARMIENSIS *v.* Varmia.
WARSCHAW *v.* Varsavia.
WATEN, Ioannes a, civis Crac., 226.
WĄSOSZ (Wagenschos), opp. in Masovia, 109, 197.
WECHERAU Martinus, ep. Caminensis, 90.
WERDEN, Ioannes a, burggravius Gedanensis, 169.
WEYHER Georgius, cap. Iohannisburgensis, 13.
WIDBACH (Widebach, Witbach), Henricus a, subditus Ioannis Friderici electoris Saxoniae, 118-19.
WIEN *v.* Vienna.
WIERZBICKI Venceslaus, ep. Samogitiae, 185, 199.
WIESENER Ioannes, crustularius, 61.
WIHN *v.* Vienna.
WILDE *v.* Vilna.
WILGA Nicolaus, cap. in Ostrołęka, 112.
WILKANOWSKI Adamus, cast. Wyszogrodensis, 130.
WILLENBERG de, subditus Achatii Czema, palatini Marienburg., 36-8.
WILMANSDORFF, Andreas a, cap. Soldaviensis, 186, 220.
WILNA *v.* Vilna.
WIRAILLE (Viral, Wiral), Caius de, orator Henrici II regis Galliae, 9, 10, 39.
WIRTHEMBERGENSIS, 32.
WIRTZBURGK *v.* Herbipolis.
WISCHEGRADUM, WISSEGROD *v.* Wyszogród.
WIZNA, Visnensis (Wisnensis), 92, 197-8.
WLADISLAVIENSIS *v.* Vladislaviensis.
WOJSŁAWSKI (Voislavski) Ioannes, can. Plocensis et Varsaviensis, notarius Lomzensis, 109.
WOLBÓRZ (Wolborst), opp. in Masovia, 47-8.
WOYNOWSKI Petrus, cap. Grudentinus, 218.

WUNSAM Ioannes, civis Crac., 15, 16, 83-4, 95.
WÜRZBURG *v.* Herbipolis.
WYSZOGRÓD (Wischegradum, Wissegrod), Wyszogrodensis, opp. ad Vistulam, 47-8, 73-4, 130.

Z

ZACHACZOWA, ZACHATZOWA *v.* Sochaczew.
ZAKROCZYMENSIS, 129-30, 154, 206.
ZAKROCZYMENSIS cast. *v.* Iłowski Alexander.
ZAMBROVIENSIS, 138.
ZBOROWSKI (Zborawski) Martinus, pal. Calissiensis, 86, 126, 133-4.
ZCEMA *v.* Czema.
ZEBRZYDOWSKI Andreas, ep. Crac., 83-4, 126.
ZEMA, ZEME *v.* Czema.
ZENGER, subditus ducis Alberti, 142.
ZETZEMIN *v.* Secemin.
ZOBEL Melchior, ep. Herbipolensis (Würzburgensis), 41-2, 71-2.

FINITO DI STAMPARE CON I TIPI DELLA
TIP. EDIGRAF - ROMA - TEL. 8271694
NEL MESE DI MARZO 1987

## ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES (CONT.)

XIX — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VI pars. Ed. V. Meysztowicz, pp. VIII+429, 121 doc. (A.D. 1556-1620), 4 tab., 1968.

XX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, II pars. Ed. C. Lanckorońska et G. Steen Jensen, 266 doc. (A.D. 1577-1696), 4 tab., pp. VI+324, 1969.

XXI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VII pars. Ed. V. Meysztowicz, 187 doc. (A.D. 1491-1696), 2 tab., pp. VIII+262, 1970.

XXII — *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, I pars. Ed. V. Meysztowicz et W. Wyhowska De Andreis, doc. 183 (A.D. 1535-1588), pp. VIII+210, 2 tab., 1970.

XXIII — *A. Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, II pars. Doc. NN. 184-319 (A.D. 1598-1772), B. *Documenta Polonica ex Archivo Capitulari in Brisighella*. 63 doc. (A.D. 1578-1588), Ed. V. Meysztowicz et W. Wyhowska De Andreis, p. 297, 2 tab., 1970.

XXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, III pars. Ed. C. Lanckorońska et G. Steen Jensen, 152 doc. (A.D. 1419-1564), pp. VIII+301, 4 tab., 1971.

XXV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, IV pars. Ed. C. Lanckorońska et G. Steen Jensen, 78 doc. (A.D. 1563-1572), 6 tab., pp. VIII+248, 1971.

XXVI — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, I pars. Ed. V. Meysztowicz et Wanda Wyhowska De Andreis, 145 doc. (A.D. 1559-1589), 4 tab., pp. VIII+320, 1972.

XXVII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, II pars. Ed. V. Meysztowicz et Wanda Wyhowska De Andreis, 262 doc. (A.D. 1589-1612), pp. VIII+377, 1972.

XXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, III pars. Ed. V. Meysztowicz et Wanda Wyhowska De Andreis, 205 doc. (A.D. 1613-1626), 4 tab., pp. VIII+376, 1972.

XXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, V pars. Ed. C. Lanckorońska et G. Steen Jensen, 139 doc. (A.D. 1578-1630), 5 tab., pp. VIII+376, 1972.

XXX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, I pars. Ed. C. Lanckorońska, 447 doc. (A.D. 1525-1548), 9 tab., pp. XV+259, 1973.

XXXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, II pars. Ed. C. Lanckorońska, 447 doc. NN. 448-854 (A.D. 1549-1562), 7 tab., pp. IX+241, 1974.

XXXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, III pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 855-1237 (A.D. 1563-1572), 10 tab., pp. VIII+268, 1974.

XXXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, VI pars. Ed. C. Lanckorońska et G. Steen Jensen, 140 doc. (A.D. 1632-1699), 5 tab., pp. X+20, 1974.

XXXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IV pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 1-212 (A.D. 1525-1530), 6 tab., pp. XVI+230, 1975.

XXXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, V pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 213-551 (A.D. 1531-1537), 3 tab., pp. X+228, 1975.

XXXVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VI pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 552-761 (A.D. 1538-1542), 3 tab., pp. VIII+227, 1975.

XXXVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VII pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 762-1501 (A.D. 1543-47), tab., pp. VIII+256, 1976.

XXXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VIII pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 1052-1215 (A.D. 1548-49), 6 tab., pp. XII+206, 1976.

XXXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IX pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 1216-1424 (A.D. 1550-53), 4 tab., pp. VIII+226, 1976.

XL — Res Polonicae ex Archivo Regiomontano, X pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 1425-1724 (A.D. 1554-1559), 3 tab., pp. X+226, 1976.

XLI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XI pars. Ed. C. Lankorońska, doc. NN. 1725-2009 (A.D. 1560-1566), 4 tab., pp. VIII+226, 1977.

XLII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XII pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 2010-2220 (A.D. 1567-1572), 4 tab., 1977, pp. X+196, 1977.

XLIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIII pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 1-269 (A.D. 1534-1565), 4 tab., pp. VIII+228, 1978.

XLIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 1-156 (A.D. 1546-1567), 3 tab. pp. VIII+190, 1978.

XLV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XV pars., Ed. C. Lanckorońska, doc. NN. 1-197 (A.D. 1525-1572), 6 tab., pp. X+192, 1977.

XLVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 1-72 (A.D. 1525-1535), 4 tab., pp. X+188, 1979.

XLVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVII pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 173-302 (A.D. 1536-1538), 4 tab., pp. VIII+213, 1979.

XLVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVIII pars. Ed. c. Lanckorońska, doc. 303-419 (A.D. 1539-1541), pp. VIII+246, 1979.

XLIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIX pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 420-526 (A.D. 1542-1548), 5 tab., pp. VIII+214, 1980.

L — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XX pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 527-602 (A.D. 1549-1568), pp. VIII+212, 4 tab., 1980.

LI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXI pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 1-258 (A.D. 1525-1528), pp. X+196, 4 tab., 1980.

LII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXII pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 259-676 (A.D. 1529-1531), pp. X+284, 1981.

LIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIII pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 677-1081 (A.D. 1532-1534), 2 tab., pp. X+272, 1981.

LIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIV pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 1082-1379 (A.D. 1535-1536), pp. X+241, 1982.

LV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXV pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 1380-1587, (A.D. 1537-38), pp. VIII+190, 1982.

LVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVI pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 1588-1886 (A.D. 1539-40), pp. X+282, 1982.

LVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVII pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 1869-2183 (A.D. 1541-1542), pp. VIII+248, 1983.

LVIII — *Documenta ex Archivo Ioannis Morone ad Poloniam spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, I pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 1-128 (A.D. 1561-1580), pp. IX+251, 1984.

LIX — *Documenta ex Archivo Cardinalis Ioannis Morone ad Poloniam spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, II pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 1588-1868 (A.D. 1560-1544), pp. IX+195, 1984.

LX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVIII pars. Ed. C. Lanckorońska, doc. 2184-2480 (A.D. 1543-1544), pp. IX+195, 1984.

LXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIX pars. Ed. C. Lanckorońska et L. Olech, doc. 2481-2828 (A.D. 1545-1546), pp. VIII+149, 1985.

LXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXX pars. Ed. C. Lanckorońska et L. Olech, doc. 2829-3281 (A.D. 1547-1548), pp. VIII+277, 1985.

LXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXI pars. Ed. C. Lanckorońska et L. Olech, doc. 3282-3558 (A.D. 1549-1550), pp. VIII+187, 1986.

LXIV — *Brevia Romanorum Pontificum ad Poloniam spectantia*, vol. I (Brevia saeculi XV). Ed. H.D. Wojtyska CP, pp. XV+127, 1986.

LXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXII pars. Ed. C. Lanckorońska et L. Olech. doc. 3559-3862 (A.D. 1551-1552), pp. VIII+195, 1986.

LXVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXIII pars. Ed. C. Lanckorońska et L. Olech, doc. 3863-4197 (A.D. 1553-54), pp. VIII+250, 1987.

LXVII — *In praeparatione.*


***DEPOSITARII:***

*« International Book Distributors »*
*LIBRERIA*
*117-120, Piazza Montecitorio*
*00186 Roma*

*Orbis (London Ltd.)*
*66, Kenway Road*
*London S.W 5*

*Institutum Historicum*
*Polonicum Romae*
*19, Via Virginio Orsini*
*00192 Roma*